JOANNIS CRÜGERI,

Philoſophiæ & Medicinæ Doctoris, Illuſtr. Dn. S. R. I. Comitis Schönburg. Pöniċenſis & Glauchavienſis Archiatri

CASUS
TRES MEDICI

quorum agit

Primus, De Febri Petechiali.

Secundus, De Fœmina Phthiſi Hereditaria laborante.

Tertius, De Virgine in Incendio Spremberġenſi à fumo & vapore quaſi mortua.

Adjectis in fine Illuſtrium & Excellentiſſ. Medicorum quorundam Reſponſoriis ad Epiſtolas quasdam, de quæſtionibus: num Venæſectio in quaſi ſuffocatis à fumo & vapore jure merito locô gaudeat, an non? Num ∽ ⊕li philoſoph. actu, an potentia acidus ſit et refrigeret; Et Autorum allegatorum Indice.

BUDISSÆ,
Sumptu JOHANNIS WILISCHII, Bibliopolæ.
Literis RICHTERIANIS.
Anno MDCCVIII.

OF LONDON MEDICAL

SERENISSIMÆ PRINCIPI
ac DOMINÆ,

DN ERDMU-
THÆ DOROTHEÆ,

Natæ & viduatæ Duci Saxoniæ, Juliaci, Cliviæ & Montium, Angariæ & Weſtphaliæ, Landgraviæ Thuringiæ, Marchioniſſæ Miſniæ, & Luſatiæ Superioris & Inferioris, Principali Dignitate Comiti Hennebergiæ, Comiti Marcæ, Ravensburgi & Barbiæ, Dominæ Ravenſteinii &c.

Principi Piæ, Felici, Magnanimæ & Munificæ, Dominæ meæ Clementiſſimæ,

Regimen Pacatum, Fata undiquaque proſperrima & exoptatiſſima!

Necnon
Illuſtriſſimo Pro-Marchioni Luſatiæ Inferioris ac Domino,
DN. WILIBALDO ab HUWALD,
Dynaſtæ in Straupiz &c. Domino ſuo Gratioſiſſimo.
Ut Et:
Illuſtriſſimis, Generoſiſſimis & Excellentiſſimis LIB. BARONI, COMITI
ac Dominis,
DN. OTTONI WILHELMO SCHENK,
Lib. Baron. à Landsberg, Dynaſtæ in Leuthen, Teupiz, Buchholz &c. Conſiſtorii Directori Eminentiſſimo;
DN. FRIDERICO CASIMIRO,
S. R. I. Comiti de Lynar, Dynaſtæ in Libenau & Glunick &c. Conſiliario in Regimine Luſat. Inf. Supremo graviſſimo.
DN. HEINRICO OTTONI de STUTTERHEIM, *Dynaſtæ in Ogroſa, Bollſchwiz, Schelniz &c. Capitaneo Præfecturarum Forſtenſis, Spremberg. &*

Vetſchovienſ. maximè ſpectabili, & Judicii Provincialis in Luſat. Infer. Aſſeſſori benè meritiſſimo.

Non Non:

Illuſtribus, Generoſo & Excellentiſſimis Dominis,

DN. JOHANNI WEISIO, JC. *quàm famigeratiſſimo.*

DN. HEINRICO PETRO ab HABERKORN, *Heredit in Hohendorff, Comiti Palatino Cæſareo ſplendidiſſimo.*

Sacr. Reg. Majeſt. & Elect. Saxon. Serenitatis in tutela ſupremâ Ipſius Serenitatis Mauritii Wilhelmi, Duc. Sax &c. &c. &c. Pro-Marchioni, Conſiſtori Directori & reſp. Capitanee Præfecturarum Forſt. Spremb. & Vetſchov. & Conſiliariis in Regimine per Luſatiam Inf. Supremis Eminentiſſimis, longè graviſſimis,

Dominis ſuis Gratioſiſſimis, Patronis Maximis, Felicitatem & Vitam longævam!

SERENISSIMA DUX,

Princeps ac Domina Clementiſſima.

Ut et

Illuſtriſſime Pro-Marchio Luſatiæ Inferioris,

Illuſtriſſimi, Generoſiſſimi & Excellentiſſimi LIB. Baro. S R. I. COMES & CAPITANEE Præfecturarum Forſt Sprem-berg. & Vetſchovienſis,

Illuſtres, Generoſe & Excellentiſſimi Domini Conſiſtorii Director & Conſiliarii in Regimine per Luſatiam Inferiorem Supremi Eminentiſſimi,

Domini Gratioſiſſimi, Patroni Obſervantiſſimi.

NIhil mihi venit in mentem aut memoriam, aut certiſſime nulla commodior ratio obſervantiæ devotiſſimæ & gratitudinis meæ debitæ in *Veſtram Serenitatem, Veſtras Illuſtriſſ. Excellentias, Veſtras Excell.* pro gratia ſumma, benevolentia ſingulari pariterque beneficiis variis in

 meam

meam tenuitatem aliquot ante annorum ſpatium ſæpenumero & ubertim collatis aliquo modo teſtandi, quam quâ me nunc inpræſentiarum uſum videtis, hoc eſt, Veſtræ Serenitatis, *Veſtrûm* imò quoque *Illuſtriſſimorum* & *Excellentiſſimorum Nominum* præ aliis huic opuſculo exiguo humillimè & officioſiſſimè inſerendi audaciam ſumſi haud minimam, ſubjectiſſimè & obſervantiſſimè rogans rogitansque, hanc in ſiniſtram nulla ratione interpretemini partem.

Non enim erat mens mihi, publicæ luci Caſus hoſce tres Medicinales dare, ſi vel maximè rationes mihi haud inſufficientes eſſent iſtos, qui quoque meis ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ magna ex parte admodum acciderunt non ſine δυσφορία, neutiquam perticendi, ſed potius manifeſtandi; nihilo tamen minus id non me feciſſe Veſtræ Serenitati, *Vobisque Illuſtriſſimi* & *Excellentiſſimi Patroni* velim perſvadeatis, niſi aſſenſu unanimi æque ac ſvaſu nonnullorum optimorum Fautorum & Bibliopolæ ipſius ſæpius repetito id devinctum me putâro reddidiſſe, ne viderer laboribus hiſce ſuperbire me velle, quod autem abs me nullo unquam modo excogitari poſſe omni procul dubio arbitratum ero.

Accipe itaque hoc, Sereniſſima Dux, quicquid eſt, animumque ſubjectiſſimum & humillimum ſereno vultu reſpice offerentis, non ipſum quod offertur. Suſcipe, Decus Viduarum Sereniſſimarum, Idea Principum Illuſtriſſima, Mater Patriæ Clementiſſima & Munificentiſſima mea, exiguum hoc devotionis meæ obſervantiæque obedientiſſimæ pignus, quod ad Veſtræ Serenitatis pedes pro Clementia Principali in meam tenuitatem ſemper collata, & quidem

dem inter ſubjectiſſimos Clientes minimus & viliſſimus, provolutus, humillima animi ſubjectione depono.

Suſcipite inquam, *Illuſtriſſime Domine Pro-Marchio Luſatiæ Inf. Domine Gratioſiſſime, Illuſtriſſimi & Generoſiſſimi Lib. Baro. Comes & Capitanee Præfecturarum Forſt. Spremb. & Vetſchovienſis, Illuſtres & Excellentiſſimi Dn. Dn. Dn. Dn. Conſiſtorii Director & Conſiliarii in Regimine per Luſ. Inf. Supremi Eminentiſſimi, quàm graviſſimi, Domini Gratioſi & Patroni Maximi* ab eo, quem ſemper Veſtrum Clientem paratiſſimum & devinctiſſimum, tamen indignum & immeritum ad officia quævis teſtanda habeatis, tenuem & exiguum, quem Minerva ipſi peperit, ingenii fœtum, iſtumque ſub tutela Veſtra in lucem ſimul prodire publicam annuite.

Certiſſimum enim habeo & conſtantiſſimum, hâc ſub umbrâ prolixâ Veſtra ab omnibus contagioſis & malignis lingvæ rabioſæ & furibundæ morſibus tutum & ſalvum eum perſtiturum, & quidem haud ſine prægnantiſſimâ cauſſâ, quia Vos *Illuſtriſſimi, Generoſiſſimi* & *Excellentiſſimi*, Magnæ Rutæ Saxonicæ vir delcentis & immarceſcibilis, ad multa ſecla duraturæ, nullumque genus venenoſum admiſſuræ, eſtis *Proceres*, *Columnæ* & *Fulcimenta*.

Conſerva itaque Jova O. M. *Sereniſſimam Principem ac Dominam, Dominam* ERDMUTHAM DOROTHEAM, *Ducem Saxoniæ* &c. &c. &c. ê ſtirpe quondam Regia natam pervetuſtâ, quæ usque in hanc diem ſangvineos Reges & Reginas habet, *Dominam meam Clementiſſimam & Principem Pientiſſimam & Magnanimam*, una cùm *Sereniſſimis Dominis Filiis, Principibus ac Dominis itidem meis Clementiſſimis*; Det ILLIS DEus de rore Cœli & ita benedicat, ut jure merito dicere poſſint, benedictionem Domini craſtina luce de novo ſemper apparere, puritatemque verbi divini apud nos florere, vigere & creſcere.

Sum-

Summus quoque omnium rerum Fabricator in pylios annos usque **Veſtram Serenitatem** cum ſanitate firmisſimâ & conſtantiſſima, pariterque Regimen Marchionatus Luſatiæ Inferioris Patriæ meæ ſvaviſſimæ Supremum cum Dn. Capitaneo Præfectur. ſupra jam laudatarum eminentiſſimo & graviſſimo, quo loco & nomine *Sacræ Regiæ Majeſt. & Electoralis Saxonicæ Serenitatis Domini* **Friderici Auguſti** in Tutela ſuprema **Serenitatis Illius Domini Mauritii Wilhelmi,** *Ducis Sax.* &c. &c. &c. *Principum ac Dominorum meorum Clementiſſimorum* Vos *Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Mæcenates* perfungimini, abire largiter permittat, nec totum vitæ tempus **Veſtræ Serenitatis** & *Veſtrorum Illuſtriſſimorum & Excellentiſſimorum* unquam triſtari, ſed felicitate exoptatiſſima, imò perpetua tum corporis, tum animi abundare patiatur, quò ſub **Veſtræ Serenitatis** umbra tuti & eſſe ſimus ſalvi, quo conſilia *Veſtrûm Illuſtriſſimorum & Excellentiſſimorum* ſaniſſima & graviſſima in totius regionis incrementum, quam diu vivitis, & utilitatem ſemper vergant magnam, ſimul in iſta noſtra terra habitet, Pax & Juſtitia; Tandemque hâc in machina macrocoſmica ſero ſatis abſoluto vitæ termino, æternitatis heredes **Veſtram Serenitatem,** & *Illuſtriſſimos & Excellentiſſimos* Vos efficiat. Valete & favete.

Veſtræ Serenitatis

Veſtrarum Illuſtriſſimarum Excell. Excell. Excell. Excell. Veſtrarum Excellent. Excellent.

Dabam *Spremberga*, è muſeo *die Onomaſtico Sereniſſimi Mauritii Wilhelmi Ducis Sax. nim. vigeſimo ſecundo Septemb.* 1707.

Subjectiſſimo
Devotiſſimo Clienti

JOANNI CRÜGERO.

לימיז יהו—ה

חיי וגירלי:

Prooemium
ad
Lectorem Benevolum
&
Candidum.

OMnes inter Morbos Microcoſmicæ machinæ in hacce calamitate contingentes utplurimum communiſſimos & notiſſimos pariter, jure meritiſſimo referendas eſſe Febres experientia quotidiana, rerum omnium magiſtra nos docet; quippe nullus fere invenitur, qualisqualis & ſit, febre vel intermittente quartana, tertiana exquiſita, quotidiana &c. vel acuta, acutiſſima & maligna contagioſaque laboraſſe nulla ratione in confeſſo ſit, ad quod & Poëta alludit, inquiens: *Vis ſine febre mori.*

Quales morbos febriles non ſolum in urbibus & pagis, ſed etiam in caſtris præcipue, in quibus haud pauci hâc labe annuatim afficiuntur, & ob victum inordinatum partim, partim ob miaſma, ſive inquinamentum contagioſum, conceptum, vel illatum milites, ut muſcæ ſubito vitam cum morte commutant, diligenter animadvertere non de nihilo exiſtimamus.

Morbos haud forſan vocamus febriles, ſi enim acuratiſſime & ad amuſſim loqui liceat, omnem febrem eſſe κατ' ἐξοχὴν, *proprio & ſtricto ſignificatu* morbum ſciamus, adeoque nullam febrem *recte*, ſed καταχρυστικῶς, *abuſive, improprie & latiſſime* vocari poſſe ſymptomaticam & comitatam videamus.

Quoniam autem febris quæque origine gaudet è particulis igneis valdè ſubtilibus, h. e. ⊖ino-🜍eis, certo habito reſpectu & gradu,

gradu, quæ per corporum poros tranſire & ſic calorem præternaturalem excitare poſſunt, ut *Plato* in ſuo *Timæo* p. m. 1078. dicit: πῦρ δὲ πάντων γενῶν σμικρομερέστατον. ὅθεν δι ὕδατος καὶ γῆς ἀέρος τι καὶ ὅσα ἐκ τούτων συνίσταται διαχωρεῖ, καὶ στέγειν οὐδὲν αὐτὸ δύναται. *Ignis autem præ cæteris generibus minutiſſimis conſtat particulis. Ideoque aquam, aërem & terram, & quæ ex his,* (benè obſerva,) *componuntur omnia, penetrat tranſilitque, usque adeo, ut nihil ipſum valeat cohibere.* Et divus noſter *Hippocrates Medicorum omnium Princeps lib. de Diæta cap. 4.* non injuſtè inquit: τὸ πῦρ δύναται πάντα διὰ παντὸς κινῆσαι. *Ignis* ſive *particulæ* 🜍*eæ omnia per omnia movere poſſunt.*

Licet hæc ſupra dicta paullo ἀκύρως intelligenda nobis videantur; nihilo tamen minus ad noſtrum propoſitum commodè applicari poſſint, conſideratione expendentes exquiſita, â generalioribus & latioribus ad ſpecialiora & ſtrictiora progreſſum faciendum eſſe.

Quid enim pulchrius & accuratius dici poteſt, quam quod febris γενικῶς conſtet calore præternaturali, ſive particulis igneis i.e. 🜍eis abundantibus, ut jamjam taceamus εἰδικῶς febrem petechialem, prodromum peſtis, morbum ſanè atrociſſimum, periculoſiſſimum & de eventu admodum dubium.

Hic enim morbus truculentiſſimus, Microcoſmi Principem, vitæ Regiam, Cor ipſum, primum vivens & ultimum moriens aggreditur & infeſtat adeo, ut citiſſime & quidem in principio illi obſecundet neceſſe eſt, aliàs damnum ingens, imò ipſum interitum haud innoxium pati certè putemus.

Hinc operæ pretium duximus de hâc febri petechiali pro virili agere & diſquiſitioni eruditiorum ſubjicere. Deum autem T. O. Maximum ſupplicibus veneramur precibus, velut conatibus hiſce cœlitus adſpirare, quæ omnia in divini Nominis ſui gloriam, emolumentum noſtrum & multorum ægrotorum levamen haud parvum cedant.

HISTORIA.

MAtrona XXXIX. annorum, tenerioris quidem & macilentæ texturæ corpore, ſed tamen εὐσαρκῳ, veniſque amplis & cu-

te rara adeò gaudebat, ut pro ſangvineo-cholerica ſemper exiſtimaretur. Hæc autem anno 1705. d. 25. Febr. una cum quinque liberis & tribus ancillis domeſticis horâ fere vna febri petechiali, tunc temporis tum in Luſatia ſuperiori, tum inferiori ſumma cum vehementia graſſante, ſine unico ſigno fermè prægreſſo laborare incipiebat, lectoque uti cogebatur; Attamen, quoniam Dominus Colonelli locumtenens Generoſus Dn. de Unruhe cum Dragonis & domeſticis ſuis è Polonia in Saxoniam duos ante menſes reverſus erat, & die 7. Febr. tria hypocauſta in Matronæ illius domo mutuabat, & domeſtici ſex Domini Colonelli locum tenentis ſupra jam laudati, febri maligna valdè laborantes & mortis æmuli quaſi hypocauſtum ægrotantis jam dictæ noſtræ frequentabant, de conſpectu illorum peſſimo terror tandem in illa factus præſumebatur horribilis. Die 26. Febr. de inquietudine magna, levi horrore & calore præternaturali cum virium debilitate & langvore querebatur & nullum cibi appetitum habere videbatur, ut taceamus. Tuſſim antiquam, reſpirationem difficilem pariterque ſputum purulentum, penes illam diſpoſitione ad phthiſin hereditaria fortiſſima probe alias obſervandum, quod continuabat & calore febrili intenſiſſimo fieri inchoabat eo pejus atque crebrius. Pulſus parvus, debilis, inæqualis, & frequens erat. Die 28. Febr. maculæ pulicum morſibus ſimiles ſine pruritu circa brachia, pectus, dorſum & crura undiquaq; valde micantes cum diarrhœa animadvertebantur. Βαρυκοΐα & oculi feroces, delirium cum lingva ſicca & nigricante, oris amaritie, ſitique immodica apparebant, & die 3. Mart. diarrhœa fortior evadebat diebus præcedentibus, quartoq; poſtea Martii Confeſſionarius advocabatur, illique poſt confeſſionem & peccatorum abſolutionem factam S. Sacramenta diſtribuebantur, materque pariter cognati & benevolentes ad plateam iſtam, è longinquo videntes, ſimulque probè obſervantes, num janua domi clauſa & ægrota mortua ſit, annon? craſtina luce currebant. Die 10. ex alvi profluvio fiebat illius ςύψις, ſed 12. rurſus aperta. Urina turbida & rubra ſimul adhuc ad 13. diem Martii ſumma cum virium proſtratione erat, quô die urinæ color exiſtebat ſanorum æmulus, & caloris febrilis intenſiſſimi aliorumque ſymptomatum periculoſiſſimorum, ut delirii & *βαρυκοΐας* præcipuè remiſſio; & ſic d. 15. ſomnus ſvavis &

 natu-

naturalis illi erat, ſimulque appetitus proſtratus recedebat & naturalis redibat, adeô, ut die 17. è lecto iterum aſſurgere & ad feneſtram usque nobiscum ire inchoaret, &, poſteaquam Medicum illa citiſſime accerſiverat, isque ægrotæ varia Medicamenta pretioſa propinaverat, die 23. Mart. cum quinque liberis & tribus ancillis domeſticis ſic ſanitatem integram, Jova juvante omnipotentiſſimô, adipiſceretur.

Resolutio.

§. I.

Cum Matrona, in hiſtoria noſtra præcedente modo deſcripta, longum per temporis intervallum in tantum reconvaluerit, quantum febris petechialis attinet ſtatum atrociſſimum & peracutum, nullumque ipſi periculum amplius imminere videatur, ſi vel maxime tuſſis antiqua & reſpiratio difficilis ab infantia prima perdurans â diſpoſitione ad phthiſin hæreditaria hunc ad diem usque perſeveret, antequam ad conſilium deſideratum & curationis methodum progreſſum facimus felicem, naturam ægritudinis, cauſasque ejus tum immediatam, tum mediatas proximiores & remotiores, ut & differentias, ſimulque ſigna diagnoſtica & prognoſtica, præſentes quaſi ad ægrotæ lectum adhuc adſtaremus, lectori exponere libet integerrimo.

§. II.

Affectus præſentis Nomen in frontiſpicio Caſus Medicinalis noſtri poſuiſſe febrem petechialem videmus, in qua τὸ θεῖον *divinum* omnino cognoſcere poſſumus, quia ſub funeſto titulo à Medicis jure merito numeratur atque idcirco ſumma cum cautela & feſtinatione cura requiritur, & ut in aliis curis malignis, ita juxta illam præcipue ſupplicibus ad Numen precibus diligenter expeditur. Deſumitur alias febris in genere juxta Philologos, vel à *februo*, unde *Februarius* Romanorum feſto, quibus celebrabantur ſebrua & urbs ab omnibus piaculis luſtrabatur, olim *Hebris* in Latio *febris* nominata, quod purgamentum latinis ſignificat, vel à *ferbeo*, vel *ferveo*, quod idem notat ac *bullio*, ab igne incaleſco; quemadmodum enim haud abſurdum à *Coô*, *Medicorum Principe* in Epidemiis πῦρ *ignis* *teſte*

teſte Foëſio Oec. pag. 545. vocatur à calore nimirum aucto. Ignis, dum fervorem in liquore quodam efficit, purum ab impuro ſecernit, ſic ſangvis fervore hoc, muſtum velut efflorefcens depuratur, *vid. Senn. de febr. cap. 1.* Nobis hinc perinde eſt hanc, ſive illam affectus noſtri originem adhibere, interim tamen differendum nobis non venit verbis meris, modo re conveniamus ipſa.

§. III.

Cum autem febris nomen generale ſit & plures ſub ſe contineat ſpecies, omnes hîc narratu & allegatu nullas ambages reddere exiſtimamus. Tantum noſtri inſtituti ſit certam ſpeciem nominare, ubi febrem dicimus cum additamento & epitheto petechialem, à ſigno nimirum pathognomonico; Obſervatur enim cutim in his vel illis corporis microcoſmici partibus eſſe, peculiariter diſtinctam macularum diverſis coloribus, per eam expanſis & extenſis, à πετάω *extendo, expando*, unde nomen petechiarum origine gaudet. Sic maculæ hæ petechiales ab aliis maculis verſicoloribus diſtingvuntur quoque ſubita eruptione, colore, figura & loco, v. g. hepaticis ſcorbuticis, & iſtis, quæ in phthiſicis circa pectus & collum aliquando apparent; quales vidimus in fœmina quadam phthiſi laborante hæreditaria, in medio macularum illarum inſignium, morſus pulicum æmularum, quod petechiæ non habent, non enim habent colorem flaveſcentem, juxta purpureum, ut in phthiſica illa ſupra dicta, ſed colorem utplurimum purpuratum; erumpuntur & conſurgunt petechiæ communiter ſeptimo vel nono die, aliæ vero maculæ haud determinant certum diem & tempus. Nam tempus quod attinet, maculæ hepaticæ & ſcorbuticæ, non uno loco hærentes, ſed hinc inde diſſeminantes, & modo evaneſcentes, modo rurſus emergentes, cumprimis tempore æſtivo, aſt petechiæ hyemali & vernali ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ utplurimum apparent: Item à lentiginibus & ephelidibus, à morbillis, ſcabie purpurea, variolis ratione coloris vitati, aſperitatis aliarumque accidentium defectus ratione, quibus hæc inſignita ſunt; à lichenibus, ſcabie, eryſipelate, reſpectu pruritus, qui in petechiis haud invenitur, differunt & diſcriminant petechiæ.

§. IV.

Appellatur alias febris petechialis *peticularis* ſecundum *Maſſariam lib. 5. Pract. cap. 25. lues* peticularis ſec. *Fallop. de morb. Gall.*

c. 1. Tom. 1. Operat. pag. 613. lenticularis, à lentium ſ. colore ſ. magnitudine, ſ. figura, qua de *vid. Lang. lib. 2. ep. 15. & Foreſt. lib. 6. obſervat. 35. pulicaris, culicaris Hipp. lib. 2. Epid. ſect. 3. n. 21. lib. 7. 39. 2. Coac. t. 564.* vel *culicularis* ſec. *Paracelſum de peſte Gallic. lib. 10. c. 1.* ſtigmatica, purpurata, à maculis, quæ analogice, & ἐν ᾧ μᾶλλον καὶ ἧττον, *ſecundum magis & minus ſaltem* convenienter intercedunt inter lentas ipſas quoque, puncturas, pulicum morſus, κωνώπων ἀναδήγματα, ſive culicum morſus, ſtigma & colorem pariter purpureum, vel purpuram ipſam, quæ aliàs à Neapolitanis & Hetruſcis Roſſaria & Roſſania, imô Roſalia quoque dicitur.

§. V.

Secundum vulgatam ſententiam *Febris Petechialis eſt morbus malignus & contagioſus, in quo exanthemata ſive maculæ, pulicum morſibus ſimiles, diverſorum colorum, ſubrubræ tamen & purpureæ in cute erumpunt & apparent; proveniens à ſangvinis per fermentum tenue coagulativum ſimulq́; putredinale inductâ ichoreſcentiâ, ſeu coagulatione & diſſolutione ſive putredine.*

§. VI.

Placuit autem ponere Morbum ob affectum corporis humani quemcunque γενικῶς, adeoque ἰδικῶς præſentem quoque illo inſignitum, licet nos optime haud neſciamus, hunc morbum ab aliis per fermentationem præternaturalem, intemperiem cordis totiusque corporis calidam intimam mixturæ & ordinis, hoc eſt, liquidorum atque ſpiritus turbationem definiri. Dicitur *malignus*, & idcircô periculoſiſſimus, quod calidum innatum, ſive ſangvinis & ſeri ſubſtantia, primumque vitæ munimentum quoque à particulis ſalino-♀eis aliisque ita inquinetur, invadatur, oppugnetur & vincatur, ut varia ſymptomata graviſſima & periculum magnum imminentia, imò aliquando morbo ipſo pejora ob ſubdolam & doloſam larvam, quâ fallere apta eſt malignitas iſta, & ob magnitudinem & vehementiam exinde oriantur, quæ mortem poſt ſemet non raro trahunt, & niſi præſentiſſimis remediis ipſi obviam eamus, myriades hominum ocyſſime è medio tollunt.

§. VII.

Contagioſus quoque vocatur, quod efferveſcentia ſangvinis

nimia

nimia effluvia ⊖ino-♀ea Volatilia ſua per inſenſibilem tranſpirationem & ſubtiliſationem pororum emittat & ê corpore ſenſim ſenſimq; eliminet adeo, ut corpus alterum tangens & comunicans in momento afficiatur, & miaſma, ſive contagium iſtud per inſpirationem illatam foveatur & confirmetur, aut lecto fieri poſſit, quod experientia ipſa nos docuit, ſi ab altero nimirum febri petechiali laborante alter ſanus aliàs inficitur & inquinatur, & in eodem morbus producitur ſimilis.

§. IIX.

Maculas ſubrubras utplurimum ab aliis coloribus diverſas & contradiſtinctas quarto die in cute eruptas eſſe vidimus, à ſangvinis & ſpirituum corruptione & ichoreſcentia putredinali & alia aliaq; ſulphuris expanſione; quemadmodum & in hiſtoria iſtud recenſuimus; locus autem, in quo communiter imminuere, in ægrota noſtra eſt dorſum, brachia, pectus & crura æque, per quæ inſigniores arteriæ & venæ tranſeunt, tamen ſine pruritu, ut in petechiis ordinariô modo fieri ſolet, minori & majori quantitate, qualitate & copia diverſa ſeſe exhibuerunt; quo enim propiores cordi erant hæ maculæ, eò majores, ſubrubicundiores, frequentiores & copioſiores, aſt quò longinquiores, eò minores, rubicundiores & pauciores apparebant.

§. IX.

Aggredimur ulterius febris hujus ſubjectum ut quod ad naturam illius expreſſius explanandam, indagare & ſecundum conſvetum ordinem animadvertere, communem omnium Medicorum conſenſum habemus, eſſe totum Hominem, ſive corpus vivens, ſingulis animæ organicæ inſtructum potentiis: Ut QVO vero, corpus eſt humanum, ut totum integrale ex partibus ſuis ſingulis conſtans. Hoc integrum cum partibus ſuis in febrim mutare revera aptum natum eſt.

§. X.

Verumenimvero Subjectum diſpeſcitur in *Primarium* & *Secundarium*. *Primarium* itaque Cor, ut fontem caloris vitalis, dum rectè & ſecundum naturam ſeſe habet, ſic fontem quoque caloris præternaturalis, ſive febrilis in affectu noſtro πρώτως καὶ κυρίως, *primo & principaliter* eſſe & *præcipuum* Subjecti ſtatuimus, cum in

omni

omni febre Cor laboret generaliter, id quod ex calore præternaturali & inde ex pulſus mutatione ſubitanea apparet, nullaque febris generari poteſt, niſi Cor primùm, ut ſupra diximus, incaleſcat, & poſtea calorem præternaturalem à particulis ſalino-ſulphureis originem trahentem, & ad febrile malignumque promptiſſimum in ſingulas machinæ microcoſmicæ partes diſpeſcat & diffundat.

§. XI.

Differre verò febrem & calorem febrilem certo gradu benè obſervandum nobis venit. Febris enim tantum in viventibus & ſolidis corporis partibus, quæ nimirum febris eſſentiam conſtituit; Neque eadem numero eſt cum eâ, quæ in corde accenditur, aut ſpiritibus & humoribus ineſt, ſed per alterationem à caliditate, quæ in humoribus & ſpiritibus eſt, partibus inducitur & diſtribuitur per venas nimirum; Aſt calor febrilis eſt, ubi ſpiritus & ſangvis ſemper unitus à corde in totum corpus expeditius per eorundem canales, arterias ſcil. diſtribuitur & diffunditur, quibus de prolixius legimeretur *Senn. acutiſſ. lib. de Feb. c. 1. p. 14.*

§. XII.

Secundarium, ſive adæquatum & extenſivum Subjectum ſunt partes totius corporis v. g. Ventriculus, quando inappetentiam & ſitim patitur magnam; artus, ſi debilitatem habent: inteſtina, cum diarrhœa laborent; oris amarities, tuſſis, reſpiratio difficilis, & ſic porro, quia ſangvis præternaturalis & exæſtuans motu rapidiſſimo & diſſolutionem, ſive putredinem concipiens defertur per arterias, & cordi per venas lege circulationis ſubſtantiam venenoſam communicatur, & febris ut cujusque, ita petechialis inprimis per illum generatio efficitur.

§. XIII.

Cognito ſic Subjecto UT QVOD & UT QVO, iterumque *Primario* & *Secundario*, pedem ulterius figimus ad morbi hujus *Cauſam immediatam.* Eſt verò illa per fermentum tenue coagulativum, ſive putredinale ſangvinis, hoc eſt, per particularum ſulphurearum ſalino-Volatilium fermentationem præternaturalem inducta ichoreſcentia, coagulatio & diſſolutio, ſive putredo. Sulphur enim ſangvinis accenſum efferatum, vel partem ſangvinis ☿ſam nimis excalefactam, ſupra modum omnem turgeſcentem & quaſi in flam-

mam

mam erumpentem pro cauſa immediata agnoſcit *Magnif. D. We-del. Patronus noſt.* ſummè *venerandus* in MS. & *Sennert.* has chimi-corum opiniones admittere, hisque non contrarium eſſe ſcribit *lib. 1. de febb. c. 1. & l. 2. cap. 2.* Juxta principium 🜍eum dictum addi-tur quoque hòc loco *ſalinum* volatile, hoc enim intime junctum eſt 🝆ſo; quare Practici feliciſſimo cum ſucceſſu amant domare morbi hujus æſtum 🜊dis contrariis, v.g. Tinct. roſ. ∽ ⊕li, quantum autem ∽ ⊕l. præcipuè, quod tamen cum grano ſalis eſt intelligen-dum & accipiendum, in febre petechiali auxilium nobis præbuit, id nunquam ſatis exprimere verbis poſſumus. Nam acida, quemad-modum ſangvinem grumeſcentem, craſſum, pituitoſum & fixum reſolvunt, ita ſangvinem reſolutum & nimis tenuem, quantitate qualitate & motu peccantem, figunt; in reſolutione verò ſangvi-nis, quæ debetur ſalinis lixivis 🜍eis volatilibus, eſſentia continua-rum & malignarum febrium conſiſtit, quemadmodum *Williſ. acu-tiſſ. de Febrib. c. 12.* exiſtimat.

§. XIV.

Aſt nobis dicendum breviſſime venit de *Cauſa mediata proxi-miore*; *Quantitate* (α) peccat ſangvis reſolutus, dum particulæ bi-lioſæ & lymphaticæ illæ ad Cor, vitæ Regiam allatæ, iſtudque val-dè irritantes & ſæpe deſtruentes, copioſè fiunt & abundant. *Qua-litate* (β) dum particulæ acres, fervidæ 🜔lino-🜍eæ volatiles in iſto ſuperant & ita excedunt, ut vix ac ne vix quidem dici poſſit. *Motu* (γ) dum fermentum præternaturale, ſive heterogeneum, pu-tredinem ſ. diſſolutionem primo & effervefcentiam denique aut ebullitionem nimiam, aut conſequenter, ut *Galenus* vult, orgaſmum, ob analogiam & ſimilitudinem tamen, efficit, & in corde & parti-bus corporis reliquis, id eſt, vaſis ſangvifluis & lymphaticis, ſpiri-tus & ſangvinem nimis reſolvit.

§. XV.

Ad *Cuſas Mediatas Remotiores* progredimur, quæ vel *Natura-les*, vel *NonNaturales*, vel *Præternaturales* ſunt. Inter *Naturales* morbum diſponentes, excellit Temperamentum in noſtra ægrotan-te Matrona plethoricum & cholericum; ſiquidem ad febres acu-tiſſimas & inprimis petechiales plethoricos promtos eſſe ſciamus, dum ſangvis ſuperfluus corruptioni & conſequenter putredini ge-

nerandæ facile idoneus & capax, quando ſcil. partes 🝆ſæ, balſamicæ & humidæ in quali & quanto â via moderata & proportionata recedunt. Cholericum Temperamentum habentes febri hâc non raro corripiuntur, quando partes lymphaticæ in quid patiuntur ∫ i. e. deficiunt, & è contra balſamicæ 🝆ſæ & 🜍eæ volatiles ita copioſe excedunt & intendunt, ut inter agens & patiens, i. e. inter ſangvinem & ſerum nulla proportio & æquilibrium fieri poſſit. Sangvis enim intenſior & altior, ſerum autem remotius & ſuppreſſius apud cholericos evadat neceſſe eſt, unde exæſtuatio & effervefcentia conſiſtit nimia.

§. XVI.

Ætas omnis huic febri petechiali eſt expoſita nullaque libertate gaudet, *juvenilis* autem inprimis ad hunc morbum maligniſſimum ſuſcipiendum, maxime eſt prona & diſpoſita pariter; *ſenilis* rarius, frequentius *virilis* ad hoc malum diſpoſita, nam in illa calido innato & adſcititio magis abundant, quàm in ſenili, quæ temperamenti frigidioris conſtituta eſt; *pueri* vero *infantesq;* non ſæpe facileque hâc laborant.

§. XVII.

Sexum quod attinet, tum maſculinum, tum fœmininum hâc febri laborare experti ſumus ratione temperamenti calidi & ſicci, attamen ratione *gradus* vehementius & acrius ſexus maſculinus hoc morbo laborat, quàm fœmininus, Nam fœmininus ad temperamentum frigidum ſemper magis, quàm maſculinus inclinat, adeoque ultimus calidior & ſiccior illi quoque obnoxius eſt quàm vehementiſſime.

§. XIIX.

Et quoniam hic morbus eſt *contagioſus*, halituque ſaliva & continua converſatione & terrore diſpoſitis, ut id in hiſtoria quoque â matrona noſtra aliisque allegatum eſt, communicare poteſt, ideo conjux â conjuge, domeſticus à domeſtico, liberi à Parentibus, Parentes à liberis, vicinus à vicino &c. ſæpe reportat febrim petechialem, morbum contagioſum & maligniſſimum; ſicuti etiam per lectos, lintea & veſtes illa propagari poteſt, ut taceamus alia.

§. XIX.

Habitus Corporis rarior ob poros ampliatos, tum ad miaſma ſuſcipiendum, tum humorum vitioſorum, ſangvinis & ſpirituum inpri-

inprimis in machina microcoſmica latentium inquietudinem & tumultus, ſi leve occurrit erratum, reliquis magis aptus eſt; *Habitus* autem *corporis denſior* ob tranſpirationem denegatam halituum bilioſorum, acrium, aliorumque malignitatis gradum non rarô auget & ſymptomata aliàs graviora inducit.

§. XX.

Res *NonNaturales*, corpus noſtrum neceſſariô immutantes, & quibus corpus humanum non tantum defendi à pluribus incommodis, ſed & iis exponi poteſt, pro diverſo uſu tamen, inprimis quando totam Maſſam Sangvineam temperie ſua invertunt, morborum malignorum & contagium inductorum matres eſſe poſſunt, primum locum ob propriam excellentiam nobiliſſimumque uſum & inevitabilem neceſſitatem huc occupat, *Aër*, ut aliàs puriſſimus ſua natura, corruptionique non obnoxius, ita quoque contagii vehiculum, cujus in alterandis & mutandis corporibus maxima vis adeò, ut *Cous lib. de flat.* morbos vix aliunde, quam ab eodem oriri, affirmare non dubitaverit. Hic enim calore excedens & ſiccitate, exceſſus ſui characterem viſceribus & arteriis venisque generationi inſervientibus, non modò exaltat, ſed & fermentum bilioſum in MS. undecunque conceptum, vel illatum, calore & ſiccitate præternaturali alterat, deſtruit, & depaſcit lympham, & inducit incendium, ſpiritus humiditate proportionatâ deficientes, humoresque ſic acriores facientes, reſolvendo & inquietando archêum ita alacriorem reddit, aëre nimis ſicco & calido, calidum innatum nempe lympha rorida depauperante & exſiccante, ut præter alios errores quoque caliditate nimia & ſiccitate ſua ad febres petechiales maxime aër idoneus, & alios ſimul morbos epidemios excitare potis eſt.

§. XXI.

Poſt aërem nominanda inter cauſas nonnaturales venit *Ratio victus inordinata*, cùm cibus & potus haud ad tollendam, ſed irritandam famen & ſitim & conſequenter innumerorum morborum apparatum inducendum & contrahendum, adſumantur. Ratione *cibi* exceſſus committitur quando ille ingeritur in *quantitate* nimia, unde *Seneca epiſt. 95.* non incongrue dicebat, multos morbos multa feciſſe fercula, ſed hoc idcirco non valet è contra, paucos morbos feciſſe pauca fercula, id autem cum grano ſalis eſt accipiendum. Et *Galenus lib. de cib. bon. & mal. ſucc. & lib. 1. de different.*

febr. c. 3. demonſtrat, corrupta & vitioſa alimenta malignorum quoque & peſtilentium morborum promtiſſimum incentivum præbere, unde multa ciborum congerie Ventriculi tonus & fermenti activitas juſta & mediocris debilitatur, cruditates & apepſia in corpore cumulantur, quæ cum ad noſtrum tum ad alios affectus producendos haud ineptæ. *Qualitate* peccant alimenta nimis calida, aromatiſata & dulcia, quæ fermentum Ventriculi acido-ſalinum ſecundum ſententiam vulgatam Cl. Autorum *Senn. Charl. Wedel. Hoffm. Swalve, Highm. Helm. Iach. Williſ. Kerg.* aliorumque deſtruunt, & putredini ſunt obnoxia, inappetentiam & ſitim excitant, ſuccum ſubſtantificum non exhibent, & ſic vires debilitant, bilem potius augent & fermentum bilioſum & miaſma concipiunt aut inferunt.

ſ. XXII.

Modo haud diſpari comparatum eſt cum potu, ſimpliciter hîc dicto. Iſte libere hauſtus efficax exiſtimatur, præcipue aqua paluſtris immodicè ingurgitata, *Aut. Philoſ. Ariſtot. lib. 3. & 4. de Generat. Animal.* ſiquidem quoque aquæ frigidæ potus in hac febri noxius, vid. *Pot. de febr. c. 27. pag. 736. D. Winckler Ephem. Germ. Ann. 6. Dec. 1. Obſerv. 52. Hild. Epiſt. 43. p. m. 990. Foreſt. lib. 1. obſerv. 13. pag. 69.* Aut cereviſia fœculenta triticea, præfertur huic hordeacea in hac febri, quia plus refrigerat, particulis limoſis & vitioſis inquinat Maſſam Sangvineam, & hinc inæqualem mixtionem inducit, motumque periſtalticum, ſive inteſtinum turbat. Neque excludenda ſunt vina generoſa copioſius & frequentius hauſta, quæ non rarò in culpa ſunt, adeoque febrem petechialem latentem & ſepultum quaſi in apricum producunt. Valet igitur & hîc potiſſimum axioma: πᾶν τὸ πολὺ τῇ φύσει τὸ πολέμιον. *Omne nimium eſt naturæ inimicum.*

ſ. XXIII.

Motus eſt vita noſtra ex communi conſenſu nempe in calido, particulis ſubtilioribus ſpirituoſis, & humido, particulis ſeroſis & lymphaticis conſiſtens, â quo calor corporis, vitæ individuus comes, unicè fit, continuatur & conſervatur. Verum enimvero, cum vi hujus motus in naturali ſtatu continuo perpetuati, non ipſæ ſubtiliſſimæ particulæ, volatiles & vitales omni momento diſſipentur,

avolent,

avolent, paucioresque fiant, ſed & ſimul roridas ex omnibus partibus ſecum extra poros corporis in perenni trans-in-& exſpiratione abripiant, abducant & expellant; Calor vero naturalis, qui igneæ naturæ & vorax eſſe dicitur, inde ortus, humido neceſſario, quo aliàs temperatus & proportionatus, non in ſubdominio & prædominio, ſed mediocris & in æquilibrio fit calor, ſpoliatus, ardentior, voracior & vehementior evadat, adeo, ut ſangvinis & humorum fermentativum motum reddit majorem & rapidiorem, hinc autem ſangvinis & ſpirituum accenſio & miaſma, ſive contagium, incoctio, ſucci nutritii abſumtio, hancque neceſſario rarefactio & febris malignitas, imò ipſa mors aliquando preſſo pede inſequerentur, niſi in tempore & principio ferocienti motui ſtatim obviam eamus auxiliis & remediis convenientioribus, & calori frenum injiciamus.

§. XXIV.

Quantum ad diſſipandam ſpirituum circulationem valeat *Quies*, vix dici poteſt. Cum hinc noſtra Matrona vita ſedentaria quoqne valdopere gavifa fuerit, ſpiritus aliique humores non ritè circulati, *ςάσιν* & functionem ſuam juſte peragendo paſſi & incraſſati, totum corpus & circulationem ſangvinis faciunt tardiorem adeo, ut cruditates, ſive particulæ heterogeneæ & non miſcibiles colligantur, indeque hinc coagulatio & diſſolutio, vel putredo, & per conſequens fermentatio præternaturalis inducatur; Et ſic de grata viciſſitudine inter Motum & quietem æque comparata & neceſſitati ſanitatis noſtræ utiliſſima valent hîc quoque Elogia *Ovidii*, ita ſeſe habentia:

Quod caret alterna requie, durabile non eſt,
  Hæc recreat vires, feſſaque membra levat.
Otia corpus alunt, animus quoque paſcitur illis,
  Immodicus contra carpit utrumque labor.

§. XXV.

Occurrunt itidem *Somnus & Vigiliæ* quando exceſſive vel defective peccant; ſic vigiliæ, ut ſpiritus idcirco ſemper ob velocitatem & continuationem agitantur, ita eidem etiam abſumuntur, vi-

rium debilitatem inferunt, coctionis impeditionem ritè peractæ reddunt, calorem præternaturalem humoribus crudo chylo ſangvini confuſo conciliant, ejusque craſin pervertunt; Econtra ſomnus immodicus cruditates & apepſian cumulat, morbos ſiccos ex accidente inducit, quippe laudabile ſcil. nutrimentum corrumpitur, deſtruitur, & ab illo in inanito corpore plus juſto nimius regnatur, cum ſpiritus, quos aliàs ſecundum naturæ legem moderatè inſtitutus ſomnus, reſtaurat & in activitate ſua æquali conſervat, ob alimenti diſtributionem tardius procedentem, ſicque obſtructiones & alia mala cauſſantem obnubilentur & torpidiores reddantur. Et ſic, ut omnes potentiæ organo corporeo affixæ morte funditus intereunt, ſuisque actibus omninò privantur; ita ſenſus externi, dum maxima vitæ quiete h. e. ſomno cumprimis immoderato tenemur, à functionibus ceſſant & mortis effigiem repræſentant, inde exortum, ut ſomnus *teſte Platone* veluti mors quædam habeatur, quales enim ante vitam ſine ſenſu fuerimus, tales poſt mortem ſine ſenſu erimus; quare igitur quoque Orator acutiſſimus *Cicero in lib. de ſenectut.* dicit, nihil nos videre morti tam ſimile, quàm ſomnum; Et *Virgil. lib. 2. Æneid.* Tum

conſangvineus lethi ſopor.

Ac ad hujus imitationem *Seneca* Poëta celebratiſſimus in Hercule furente:

Frater duræ langvidæ mortis.

Et Ovidius ſcribit: Stulte quid eſt ſomnus, gelidæ niſi mortis imago.

§. XXVI.

Animi Commotiones non mediocrem huic morbo fomitem ſubminiſtrant, ut ſunt præprimis Ira & Terror; Revocant hæ non tantum ſpiritus ad principium ſuum, ſed etiam in motu turbant cum reliquis humoribus. Terror imprimis ſubitaneus & inſperatus, ut diximus in hiſtoria noſtra, ab alia febre petechiali laborante exortus, qui ſpiritus ritè officium ſuum aliàs facientes à peripheria ad centrum avocat, & fugam celerem arripientes quaſi obligat, unde motus ſpirituum ordinarius perturbatur, circulatio ſangvinis impeditur naturæ multum corpori ſubtrahendo movendi potentia

incom-

incommodatur ab iſto, langvor & paullo poſt rigor totius corporis excitatur, calor præternaturalis redditur, & plura alia ſymptomata graviſſima, ut virum debilitas, inquietudo magna, pulſus parvus & debilis & ſic porro inducuntur.

§. XXVII.

Non infimum quoque locum inter Animi pathemata habet *Ira*, pro facilè notiſſimo, vehementiſſimo & frequentiſſimo præ reliquis omnibus jure merito habenda affectu, cujus impetum nihil ab inſania & furore differre ſcripſit *Gal. lib. de Cogn. & Curand. Anim. morb. cap. 4. & 5.* unde & communiter Furor brevis & *Hipp.* ὀξύθυμίη *lib. de int. affect. t. 68. lib. 6. epid. ſ. 4. t. 4. de Diæt. 37. l. 1.* dicitur, ob hanc forſan cauſam, quia ira motus eſt, quô ad repetendam vindictam efferimur, calorem exſuſcitat, & ab intimis ad externas corporis partes, hoc eſt, â centro ad peripherian evocat, quo fit, ut iratò vehementius incaleſcant, cumque biliosum humorem concitent, & is inſita levitate in cerebrum evadat, accidit nonnunquam, ut irati rationis uſu priventur certo quidem tempore, & conſilii inopes fiant. Notum autem & perſpectum unicuique arbitramur, Temperamento plethorico-cholerico gaudentes ad iram explicite ſic dictam valdè pronos eſſe, quippe bilioſi non ideo iracundi ſunt, quod ira in veſica fellea reſideat, ut nonnulli ſtatuunt, ſed quia flava bilis calida eſt & ſicca, quæ qualitatum compoſitio iram movet nutritque, uti aliàs in Matrona noſtra. Nam Ira, (quæ in corde, Philoſophorum conſenſu unanimi, origine & fonte omnium vitalium operationum reſidet quaſi hydra in Lacu Lernæo, in corde enim perturbationem excitat, in eôque mox ſentitur,) Ira inquam, ſangvinem & ſpiritus vitiat, facultates & functiones pervertit, animum ê ſtatione dejicit, varios & numeroſos affectus, & inter hos febrem quoque petechialem infligit & ad mortem ſæpenumero præcipitat, vid. *Georg. Bert. lib. 8. Med. cap. 22.*

§. XXIIX.

Excreta & Retenta etiam officium ſuum aliquando non ritè peragunt. Namque diarrhoea in ægrota noſtra ſatis demonſtrat & materiæ adhuc exiſtentis cruditatem & confuſionem, coctionis perturbationem, & utilium humorum excretionem & evacuationem

ſubitam

ſubitam & impetuoſam, inutiliumque, qui tamen evacuari potius, quam in corpore retineri deberent; retentionem à fermentatione præternaturali Ventriculi, & inteſtinorum diſſolutione & putredine provenientem, unde virium debilitas proſtrata ſubſequens, & quidem cum δυσφορία difficilique tollerantia neceſſe eſt oriatur.

§. XXIX.

Et *præternaturalium* ſtatu allegare poſſumus malum vagans, malignum & contagioſum: Etenim hoc humores ad putridas & malignas impreſſiones & phantaſias diſponuntur; Symptomaticam febrim petechialem in Inflammationibus pernicioſis notavit *Neucranz*. it. evacuationes conſvetæ intermiſſæ, ut menſium obſtructio in ægra noſtra non ſunt prætereundæ.

§. XXX.

Differentias morbi hujus explicamus: Interdum enim differt febris petechialis in maculis (1) *colore*, poſtquam hic vel ille humor in corpore peccat, ita etiam maculæ hujus, aut illius coloris in cute apparent; aliæ enim ſubrubræ, ut in noſtra ægrota, à ſangvinis purioris & tenuioris exaltatione & corruptione; aliæ nigræ, ab humore peſſimo & nigro vel atro; aliæ flaveſcentes, â bile corrupta & acerrima: violaceæ aliæ inſtar violarum martium. (2) *Quantitate*; majores aliæ, aliæ minores, copioſæ modò, modo paucæ (3.) *Vehementia*, mitioribus ſymptomatibus ſtatim, ſtatim vehementioribus multis affligit, jam magis minusve maligna eſt. (4.) *Tempore affligendi*, alia habet nullas remiſſiones, alia remiſſiones habet. (5) *Motu & Duratione*, alia citius, 4. & 5. d. ad ſtatum pervenit, tardius alia & 20. 24. & 30. d. durat. (6.) *Cauſa*, alia â contagio & morbo epidemio, uti & hîc obſervandum, alia ab humorum vitio intrinſeco.

§. XXXI.

Perſpectis ſic Morbi hujus Eſſentia, Cauſis & Differentia, perſpiciamus *quoque Signa Diagnoſtica tum imminentia, tum præſentia & prognoſtica*, ſive *Futura*. Quod attinet *Signum imminens*, nihil vulgarius, aut primo acceſſu notius apparere, quam febris petechialis, peſtis prodromi, morbi contagioſi & maligni nomen, nil judicio noſtro obſcurius, aut cognitu in principio difficilius eſſe haud neſcimus.

ſcimus. Habet enim morborum malignorum dignotio in initio indicia adeò exigua, ut & ipſi ægri ſe morbo laborare neutiquam credant, & Medici ſæpiſſime fallantur, veriſſimè hic morbus primùm quaſi angvis latet in herba. Sic ſigna imminentium febrium petechialium ex aëris, aquæ & terræ, imò regionis totius quidem ſtatu, ſi epidemia ſit lues, ut hôc loco in hiſtoria ſe exerit noſtra, & inſignibus variationibus ratione aliqua depromi poſſunt. Individuo vero huic vel illi imminere febrim hanc concludi poteſt, ſi graſſetur in urbe, vel vicinia eadem, ſi temperamentum adeſt ſiccum & calidum in hoc vel illo ſubjecto, ſi laſſitudines ſpontaneæ, terror ſubitaneus, ut hîc factus, & abhorreſcentia, contagium, aliaque ſigna prægrediuntur.

§. XXXII.

Præſentem morbum diverſa tum collective, tum conjunctim demonſtrat ſigna (1) Ἀπὸ τῶν ἐνεόντων κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λογὸν *ab eſſentialiter Inhærentibus*; Adſunt (α) *Terror* vel *abhorreſcentia* febre petechiali laborantis leg. §. XXVI. (β) *horror levis*, vel minoris longè ſenſus, frigus, in dorſo inprimis, ab halitibus acribus & mordacibus ſangvini alterato communicatis &, fibras nerveas & membranaceas in panniculo carnoſo, ductu thoracicò & arteriâ vellicantibus exortum, quod tertio die majorum ſymptomatum exacerbationem in ægra cauſavit. (γ) *Calor totius corporis præternaturalis* in principio morbi hujus abblandiens & fallax, ſed doloſè benignus, ut in aliis morbis videtur malignis, ſtatim autem quarto die venenoſitas ſua maligniſſima ſeſe exerit, dum magis ♀e exaltato ſangvinis calor auctus & reſolutio major ſic reddita eſt, ut inſidias ſtruxerit, & vires maximè debilitaverit.

§. XXXIII.

Quamobrem (2.) Τὰ ἐξ ἀνάγκης ἑπόμενα *poſteſſentialia* diverſimode apparent e. g. in *Actionibus læſis Facultatis Naturalis* inappetentia & ſitis immodica, in hoc morbo, vel à calore & ſiccitate ventriculi, totiusq; corporis p. n. vel à copia humorum ſalſorum & biliosorum, aut ab ingenti pulmonum æſtu contingens, quæ potu largiori viſcera exæſtuantia & calidiſſima ſolatur & humectat. Diarrhœa vero, quantum ægræ vires debilitaverit, id dictu dignum

eſt, à materia ad inteſtina ſeparatim magis lata, ſive ea per ductum cholidochum, ſive per vaſa meſaraica & glandulas miliares per tunicam glandoſam transcolatâ exorta, quæ idcirco ob acrimoniam ejus bilioſam tormina & flatus reddidit.

§. XXXIV.

Urina turbida & ſubrubra facta diachoreſi materiæ morbificæ, & poſtea in ſero reſolutis & ſaturatis particulis ⊖no-♀eis. Maculæ denique die 28. pulicum morſibus ſimiles, in cute, in dorſo, brachiis &c. apparent ob ſpiritus rariores & volatiliores ſimul in corpore exiſtente per exiguos meatus omnes, quos Græci πόρȣς vocant difflationem, vel inſenſibilem tranſpirationem valdè quærentes.

§ XXXV.

In Vitali Facultate virium eſt proſtratio & langvor, ob ſpiritus à naturali craſi & robore degenerantes & gravatos à cauſa morbifica, *reſpiratio difficilis* cum *Tuſſi antiqua* & *ſputo purulento* ob diſpoſitionem hereditariam ad phthiſin propter calorem febrilem magis in hoc morbo aucta, & propter ſangvinem turgeſcentem & tranſitum ſui per pulmonum veſiculas crebrò urgentem promota; *Pulſus* quoque *debilis, parvus, inæqualis & frequens* die 26. febr. ob ſpiſſeſcentem & grumeſcentem ſangvinem ſpirituumq; debilitatem, adeoque fibrarum cordis motricium contractionem infirmiorem & ſangvinem acriorem, frequentiaque debilitatem innuentem, peſſimumque ſignum & utplurimum malignitatem notantem.

§. XXXVI.

In *Animali Facultate* occurrit *Delirium*, Βαρυκοΐα, *oculi feroces, vigiliæ,* ſomnus inquietus, *lingva ſicca, aſpera & nigricans & πικρὸν τὸ ςόμα ſ. oris amarities, corporis inquietudo* ob ſpiritus animales impuros & humores incaleſcentes tumultuoſe & ἀτάκτως motos, ſimulque ſangvinem bilioſum & à lympha blanda vaporoſa inſufficientem irrogationem pororum cerebri, & ex Ventriculo halitus ſuos flatuoſos, acres & efferveſcentes, modo huc modo illuc mittentes taliaque ſymptomata, periculoſa cauſſantes, unde ægram noſtram multa abſurda & incongrua protuliſſe, ſenſus externi auditus in illa imminutionem, βαρυκοΐαν nimirum, & alia mala ſuperius

perius jam dicta & recenſita facta fuiſſe, mirandum haud erat.

§. XXXVII.

Ex *Signis* autem *Prognoſticis* patet, quid de morbi hujus eventu quoad ſalutem & mortem cenſendum ſit, quibus de hîc breviſſimè dicturi ſumus, quod *Generis* ratione ab *eſſentialiter Inhærentibus* hæc febris petechialis ſit morbus *acutus*, qui ex circumſtantiarum & ſymptomatum vehementia & multitudine, viriumque robore, tum propter ſubitam in melius, aut deterius in criſi mutationem, quæ mutatio naturam ſequitur humorum morbos efficientium, tum etiam, quoniam peccans humor ex uno interdum loco in alterum mutet ſedem, judicandus eſt, qualis hîc ſit ſperandus exitus, aut bonus, aut malus; adeoque ἐνδοιαςὸς *dubius & periculoſus* pronunciandus ſecundum *Coi* effatum *2. aph. 19.* Τῶν ὀξέων νοσημάτων ȣ̓ πάμπαν ἀσφαλέες αἱ προδιαγορεύσιες ȣ̓́τε τȣ̃ θανάτȣ, ȣ̓́τε τῆς ὑγέης. *Acutorum morborum non omnino & ſine dubio interitus aut ſalutis ſunt prædictiones*; non tamen ſemper *lethalis*, quia experientia nos docuit, multos hos & inter noſtram ægrotam feliciter evaſiſſe. Divinum τὸ θεῖον igitur in febri hac maligna & contagioſa cognoſcendum eſt, quia aderant oculi feroces, diarrhœa, pulſus frequens, debilis valde, parvus & inæqualis, verbo, natura penitus proſtrata, tamen evadit ægra noſtra, ſecund. *Hipp. divinum lib. de Prognoſt. c. 1. t. 14.* Ἅμα δὲ καὶ εἴ τι θεῖον ἔνεστιν ἐν τῇσι νȣ́σοισι καὶ τȣ́τȣ τὴν πρόνοιαν ἐκμανθάνειν χρή. *Simul vero & ſi quid divini in morbis ineſt, etiam hujus prænotionem ediſcere oportet.*

§. XXXIX.

Symptomata *Poſt Eſſentialia*, niſi gravia in principio hujus morbi, niſi à naturali ſtatu mox incurrunt in præternaturalem ſubitum, bonum ſignum eſt; ſin autem gravia vehementiora & multa, peſſimum indicium habet. In *Facultate Vitali ſi pulſus eſt magnus, æqualis*, & ut *Wierus, Epiph. Ferd. & Williſ.* vult, etiam *intermittens*, ſpes fermè ſemper adeſt ad ſalutem melior; advertit enim *Illuſtr. Wed. MS.* in duodecim pulſum intermittentem eum, ex quibus vix unus mortuus: ſin *parvus, debilis, inæqualis* anceps ſit ſpes

& magis periculoſum omen vid. *Lomm. Obſ. Med. lib. 3. pag. 341. & 342.* Pejus & periculoſius eſt pulſum in defectu peccare, quàm in exceſſu, defectus enim pulſus difficilius exceſſu ad moderamen reduci poteſt priſtinum. Verum *frequens*, ut obſervabimus, non valde malum præbet ſignum, ſi cumprimis anxietas haud tam magna videtur. naturam & vires non ſtatim labaſcere indicat. Notandum præterea quoque eſt, in fœminis pulſus eſt magis frequens, quia vaſa habent minora, unde non confundendus eſt cum virorum pulſu. Interim tamen maximâ cum cautela ad prognoſtica formanda aggrediendum eſt, ne inani ſpe ægrotantes cum adſtantibus lactentur & Medicus imperitiæ contrahat culpam, qui ideò Pythagorei moniti memor erit, quod Arabs Interpres *Jo. Elichmanni* in carminibus aureis ſic reddidit: מנר : אחדר אן תקול או תפעל מא יכתחהל Gave dicas, aut facias, quod ſtultum de te cenſeatur: uti enim & *Cicero in l. Officio habet: Falli, errare, labi, decipi tam dedecet, quam delirare & mente eſſe captum. Reſpiratio difficilis & tuſſis cum ſputo purulento*, cum ſit diſpoſitio ad phthiſin in ægra noſtra hereditaria, parvum præbent periculum, non obſtantibus in hoc morbo ſymptomatibus graviſſimis, ſiquidem naturæ anxiæ & perturbatæ per ſputum allevatio præbetur ab humoribus calidioribus ad pectus ἀθρέως καὶ βιαίως *cenfertim* & æque *cum impetu* latis.

ſ. XL.

Ex adverſo ſignum lethale & ſecundum *Coi 4. aph. 40.* qui ita ſeſe habet: Ἐν μὴ διαλείποντι πυρετῷ ἢν χεῖλος, ἢ ὀφρὺς ἢ ὀφθαλμὸς, ἢ ῥὶς διαστραφῇ, ἢν μὴ ἀκούῃ, ἤδη ἀσθενέος ἐόντος, ὅ, τι ἂν τουτέων γένηται, ἐγγὺς ὁ θάνατος. *Si cui in febre remiſſionis & intermiſſionis experte labrum diſtorquetur, aut ſupercilium, aut oculus, aut etiam nares, tum etiam ſi audiendi videndique vis periit, fractis jam morbo viribus, quicquid horum acciderit, in propinquo mors erit*, verbo, ſi vires vitales langvent & ſenſus pereunt, ſi malignitas major ſymptomata majora & pejora; petechiæ apparent flavæ, & cum ægri δυσφορία & retrocedunt, ſique in ſenili ætate ob ſpiritus defectum & abſumtionem, ut & virium paucitatem quis hôc morbo acutó laborat, exitium utplurimum minatur. Si petechiæ rubi-

cundo-

cundo-migrantes, lethalitatem inducit, *vid. Plat. obſerv. lib. 2. pag. 407. & Tiling. de febrib. petech. cap. 4. pag. 53. Ephem. Germ. Obſ. 121. Decad. 2. Ann. 4.*

§. XLI.

In *Facultate Naturali* adeſſe in Matrona noſtra *Inappetentiam ciborum*, hiſtoria ſatis id indicat allata. Aſt illa adeò non peſſimum omen, præcipuè ſpem optimam plenariæ reſtitutionis ægri, viciſſim appetere diebus morbi hujus ultimis h. e. diebus 16. 19. 20. &c. incipientes, acquirunt. *Sitis nimis aucta & incompeſcibilis* morbum curatu difficillimum & ſignum peſſimum notat, ſi ob viſcerum æſtum intenſiſſimum, qui archéum facili negotio proſternere poteſt, fit; ſin autem propter humorum defectum & bibendi deſiderium ex inopia fiat, optimum eſt omen, id enim naturam jus ſuum requirere, & humidum à calore præternaturali perditum & ferè in totum conſumtum reſtaurare indicat. *Sitis deficiens* præter rationem, ſcil. non aſſumto medicamento eam ſiſtente, ſiquidem archéum non amplius ſtimulos ſentire, vacillare mentem & hancce ob cauſſam ſuccumbere notat.

§. XLII.

Diarrhœa longa & frequens periculoſa & prava eſt, imò interdum lethalis; Ἐν ὀξέσι διαχώρημα τὸ ἔκλευκον, κακόν. *In acutis alvi dejectio valde alba, malum. Coac. prænot. 2. cap. 28. pag. 622.* & iterum: Ἔχοντος δὲ προσώπου ἄνθη καὶ κοιλίης ὑγροτέρης, ἐκπυήματα καὶ πλεύμονα ἴσχουσι. *Ubi facies floreſcit, & alvus liquidior ibi ſunt ſuppurationes circa pulmones. Coac. præn. 49. pag. 574. cap. 16.* reſpectivè vero bonum quid ominatur illa diarrhœa de ſalute. *Urina turbida & ſubrubra, periculoſa. vid. Lomm. Obſervat. Med. lib. 3. pag. 354.* in hoc morbo naturali ſimilis non ſemper tuta eſt, urina enim bona, pulſu bono ſæpè moritur æger juxta *Wedel. Magnif. in Theoremat. Med. 56. part. 3. ſect. 3. Introduct. ad Cognoſcend. ſtatum flamm. Vital. pag. 102. nigra, exitioſa 4. aph. 72. vid. Lomm. Obſerv. Med. lib. 3. pag. 355.*

§. XLIII.

In *Animali Facultate* occurrit *Delirium*, à vigiliis immoderatis ortum, in ſe nullum tutum, à principio verò morbi ſtatim exiſtens

ſtens & urgens, peſſimum ſignum. Βαρυκοΐα non malum, modo cætera ſint paria vid. *Magnif. Wed. Exercit. Semiotico-Pathalog. p. m.* 204. ſæpe enim alvi fluxus teſte *Coo 4. aph. 60.* Ὁκόσοισιν ἂν ἐν τοῖσι πυρετοῖσι τὰ ὦτα κωφωθῇ, ἡ κοιλίη ἐκταραχθεῖσα λύει τὸ νόσημα; vel ſputum copioſum per ductum ex auribus ad fauces tendentem ſolvit eundem cum ipſo morbo: Oculi feroces diſtortique, ſummo in periculo verſari ægrum, ſignificant, *teſtante Hippocrate Parente Medicorum 4. aph. 66.* Vigiliæ, deliriorum mater, & *ſomnus inquietus*; quo pertinaciores & longiores, eò pejores & utpl. ad tormina facienda aptiores: quô mitiores & breviores, eò meliores & ad ſomnum reddendum moderatum proniores, interim tamen peſſimum ſignum præbent, juxta Hippocratis ptænot. cap. 22. §. 22. Κάκιστον μὴ καθεύδειν, μήτε ἡμέρης, μήτε νυκτός. *Peſſimum* eſt non dormire, neque die, neque nocte. Verumenimvero ſomnus moderate inductus, occultum vitæ pabulum vigilias pertinaces abducit & ejicit, vires abſumtas colligit, alvi fluxus ſedat, calorem febrilem moderat intenſiſſimum & calorem inducere tendit naturalem, denique bonum ſignum reconvaleſcentiæ ſtatim recuperandæ afferre potis eſt.

§. XLIV.

Alia inter ſymptomata gravia *lingva* eſt *ſicca & nigricans*, à calore nimio & effervescentia ſangvinis & ſpirituum, ſero ſpiſſeſcente & grumeſcente, omen haud indicat bonum. Quo enim lingva ſiccior & nigrior, eò calor intenſior & deterior; quo magis ad naturalem ſtatum lingva cum lympha debita accedit & rubicundior eſt, eò calor remiſſior & melior; in febribus enim ardentibus ſemper inſpicienda & conſideranda eſt lingva, an ſit humida, nigra, ſicca & aſpera, exinde multa ſigna depromi poſſunt: Oris amarities & totius corporis inquietudo, non bonum indicium eſt.

§. XLV.

Curatio contra febrem petechialem in noſtra Matrona ita inſtituta erat, ut juxta illam, Diætæ regimine probe obſervato, utili, die 26. feb. altero ſtatim die ex *Chirurgico Fonte* Veneſectionem, & felici quidem non ſine ſucceſſu in Mediana ſiniſtri cubiti mediocriter, viribus non penitus proſtratis in ægra, admittere perſvaſerimus,

ſimus, cum ſangvis magis ſero abundare præſumeretur, ſecundum *Coi* & *Galeri* effata aurea, ita ſeſe habentia; Ἄ δὲ ὀξέα πάθεα φλεβοτομήσεις, ἢ ἰσχυρὸν φαίνηται τὸ νούσημα, καὶ οἱ ἔχοντες ἀκμάζωσι τῇ ἡλικίῃ καὶ ῥώμη παρῇ αὐτέοισιν. *In acutis affectibus venam ſecabis, ſi vehemens appareat morbus & infirmus ætate floreat, viribusque abundet, Item ſangvinem ab initio mittes omnibus, qui febricitant, ſi valentes viribus ſint*; ſin ſecus ſe habeant, contraindicant & prohibent, virium imbecillitas imprimis non ad mortis detractionem ſangvinis; convenit autem in adultis non modo, verum etiam in junioribus; Ætas florida ἡ ἡλικίη ἀκμάζουσα, quæ media ætas vocari ſolet, eligitur ab *Hipp. l. c.* In Gallia nulla ratio habetur ætatis, ſed pueris ipſisque infantibus demitur ſangvis. Venæſectionem quoque in petechiis innoxiæ celebratam fuiſſe ſcribit *Hagendorn. in Obſervat. Hiſtor. Medico-Phyſ. Cent. 3. hiſtor. 75. pag. m. 384.* & Venam ſecare, ſangvine cumprimis ferè floridiori vel cinnabarino apparente, commendat *Patronus noſter ſummè devenerandus Illuſtr. Wed. in Exercit. Semiotico-Patholog. c. 75. de Febribus continuis, malign. & de Peſt. pag. 205.*

§. XLVII.

Multi ſi vel maxime Medicorum diſſvadeant & lethiferum in hoc morbo magis, quam ſalutare eſſe Venam ſecare abſolute pronuncient, uti *Brunn. in Conſ. 43.* ſic ſcribit: *Admonitos volo quosvis, ne facile ſibi V. S. perſvaderi patiantur*: Hac enim plures ſunt jugulati, attracto ſcilicet veneno per V. S. ad cerebrum. Et multi quoque experientiam allegant & dicunt, male ceſſiſſe V. S. omnesque eos, quibus ſecta fuerit vena fatis occubuiſſe, *Franciſc. Brunn. Thom. lib. 11. Obſ. Med. 33.* Hocce quoque reſpective concedere poſſumus, ſi nimirum febris acutiſſima jam ſpiritus occupavit & venenoſitatem ſimul maligniſſimam ſuam illis communicavit, tum omnino Venæſectionem damnoſam eſſe & hominem occidere ſtatuimus, & ſic ut ab illa penitus abſtineamus, ratio & αὐτοψία ſvadet, quemadmodum exempla recenſitu ſunt odioſa; ſin autem Vena ſecanda ſit, intra 24. horarum primarum ſpatium ob rationes ſupra jam laudatas, inque §. XLV. poſitas fieri debet.

§. XLVIII.

§. XLVII.

Ad Pharmaciam die 27. aggreſſi ſumus & Diaphoretica, & ea, quidem magis *Bezoardica*, quæ in omnibus febribus, & in febri hâc maxime petechiali haud parvum commodum habent, & quidem magis in hujus morbi principio, quo Cor valde periclitari & petechiæ retrocedere videntur, & quæ reliquis omnibus palmam præripiunt; cùm præſertim omnis lapis movendus ſit, ut materia maligna & venenoſa per poros expellatur, quam natura & archéus â ſe quaſi movens ad corpus perſpirabile h. e. cutim transmittit, proſcripſimus formulas ſequentes:

Recip. Tinctura Bezoard. Wed. ℥jj.
M. S. ℥j.
Eſſ. ſcord. CC. à ʒß.
anod. ſcrup.ſem. M. D.

S. Schweißtreibende Mixtur 50. biß 60. Tropffen in einen Löffel warm Bier zu nehmen.

Recip. ▽ Citr. ℥j.
Theriacal. ʒß.
Spiritus CC. ♀ri à ℈j.
⦶ gr. vij.
Magiſt. Perlar. ſc. ſem. M. D.
S. Schweiß-treibende Mixtur auff einmahl.

Poſtea verò, cum die 28. petechiæ multis in locis imminere, ſed ſtatim retrocedere viderentur, ſitis quoque valde urgeret, tales pulveres bezoartici adhuc adhibiti fuerunt:

Recip. CC. ſ. △.
♁ diaph à ℈j.
⊖ volatil. viperar. gr. IIX. M. D.

S. Schweiß-treibendes Pulver auff einmahl in einen Löffel Gerſten-Bier zu gebrauchen.

Recip. Pulv. Bezoart. Senn.
CC. ſ. △.
♁ diaph. à ʒj. D. S.
Hertzſtärckendes Pulver auff einmahl.

§. XLIIX.

Alterantia vero pariterque *Refrigerantia* maxime proſunt ad

ſitim

ſitim magnam extingvendam, vel ad minimum moderandam; erat potus ordinarius cerevifia hordeacea, cui infundebantur 40. guttulæ ex *Tinctur. fl. aquileg. roſ. viol. à ℥iij. bugloſſ. borrag. & tunic. à ℥ij. Spiritus* ⊖*l.* martial. ℨj. mixtione, cum autem ſitis valde urgeret, magis magisque incompeſcibilis eſſet & continuaret à calore febrili intenſiſſimo; uſu erat aliquoties ægra quoque Decoctis & quodam Eclegmate:

Recip. Hord. mund. Miij.
Rad. ſcorz. ℥ij.
Raſ. CC. ℥iß. c. ſ. q. Aquæ font. coqu.
Colat. ℔j. adde.
Sirup. de rub. id. ceraſ. nigr. à ℥j.
d. ſucco citr. ℥ß.
Tinctura roſ. rubr. ℨiij. M. D.

S. Zugerichtet Gerſten-Waſſer nach Belieben davon zu trincken.

Recip. Decoct. hord. c. CC. & ſcorz. ℔j.
Tinctur. roſ. viol.
pap. rhœad. à ℨij.
Extract. ſcorz. ℈ß.
M. S. ℨj.
Sirup. ✝roſ. citr.
gr. Kerm. à ℥ß. M. F. Potio.

S. Stärck- und kühlender Tranck wohl umzurütteln und Löffelweiſe davon zu nehmen.

Recip. Raſ. CC. ℥j.
▽ hord. ℔ ij. Coqu. ad caſum.
4tæ part. & Adjic. aliquot gt. ♎ ⊖l.
poſtea colat. Recip. colatur.
▽ Cinam. ℥j.
Sirup. Granat. Acetoſit. Citr. ſimpl.
Rob. Nucum à ℥ß.
♎ ♀ ℨij.
Magiſt. Perl. ℨj.
Corall. ℨij. M. & per chartam filtr.

poſtea adjic.

♎ ⦶ q. ſ. ad g. aciditatem D.

S. Kühlend- und Hertzſtärckender Julep nach Belieben davon zu trincken.

§. XLIX.

Purgantia & Vomitoria, communiſſima Medicorum aliàs arma hoc loco non adhibuimus *ratione humorum in principio hujus morbi lubricantium & viarum apertarum ipſarum.* Nam die 14. diarrhœa lenis incipiens & die 3. Mart. facta fortior, nec ſtatim, nec temere ſiſtenda contraindicante, ſatis abundeque, naturæ motum per ſe exiſtentem amplius haud eſſe irritandum & turbandum leni aut fortiori medicamento purgante, demonſtrat, ne tale additum tali, reddatur illud magis tale; ſiquidem vires jamjam labefactæ penitus hoc proſternuntur & humores perturbati ἀθρόως καὶ βιαίως, *confertim & cum impetu* commoventur, adeoque noxa infertur ingens & irreparabilis: *Ratione viarum apertarum ipſarum* ſciendum, quod Ventriculus cum viſceribus ſuis & ani ſphinctere de tono ſuo dejectus planè ſit, lubricitate & lævitate pariter ſua, dum humores tum quantitate peccantes tum qualitate & motu impetum faciunt, & vias ſemper ſervant patulas; præterea *Cous lib. de Purgatoriis Remediis §. 8. pag. 324.* ita ſcribit: Εἰκῆ καὶ ἀμελῶς διδόμενα, εἰκῆ ταράσσει τοὺς ἀνθρώπους καὶ νοσοποιεῖ πῶς. *Si temere exhibeantur* (purgantia nimirum) *homines turbant*, (turbante prius natura & archeo,) *ac morbos accerſunt*, (alios graviſſimos inducere vel potius ſymptomata alia graviora, forſan aliàs emanentia allicere haud nequeunt,) *& augent.* (aut magis mortem non raro afferunt.)

§. L.

Simili modo de Vomitoriis dici poteſt, illa Matronæ noſtræ haud convenire & felicem pronunciare ſucceſſum & eventum in febri petechiali, quippe ſymptomatum quàm graviſſimorum numerus innumerus, *reſpiratio difficilis* nempe, *tuſſis & ſputum purulentum* ab infantia hucusque ſatis innuunt, noſtram ægram diſpoſitione ad phthiſin gaudere hereditaria, & vitium in pulmonibus habere, à vitiato ſemine Patentum propagata & liberis communicata; dum pulmonum debilitas ϛάσει ſangvinis aptiſſima, vel etiam viſcerum

rum & emunctoriorum diſpoſitio prava ad acrimoniam ſangvinis non tabilem non parum afferens, natis ſic imprimitur, ut reſpectus neceſſarius à nobis factus fuiſſet ad pulmones non amplius debilitandos & irritandos, ſi vel maximè inter Autores difficilem diſſenſum eſſe probe haud neſciamus, an Purgantia & Vomitoria in hâc febri petechiali ſint adhibenda, quo tempore & qua ratione; aſt confiteamur integrè, quod felici haud ſine ſucceſſu à plurimis febri petechiali laborantibus poſteriora, Vomitoria puta in principio ad colluviem vitioſam, circa primas vias commorantem, tollendam, uſurpata fuerint; interim tamen non omnia omnibus, nec promiſcue & temere, ſed certo reſpectu conveniant.

§. LI.

Ad diarrhœam ſiſtendam die 4to Martii ſequentia erant;

Recip. Pulv. N. M. Macis à ʒj.
Rad. conſolid. maj. ʒij.
Corall. rubr. præparat. ſcrupul. j.
ſach. finiſſ. ℥iij. M. D.
S. In Bier-Kalte-Schale einzunehmen.
Recip. ☍ ment. mac.
caryophyll.
petrol. alb. à gt. vj.
nuciſt. expreſſ. gt. j.
balſ. Peruvian. q. ſ. M. F. Balſ. D.
S. Balſam die Bruſt und den Unter-Leib damit zu ſchmieren.

§. LII.

Ad ſymptomata verô periculoſa, morbo ipſo ferè graviora, reſpirationem difficilem, tuſſim & ſputum purulentum minuendum & alterandum dedimus ægræ ſequentia Remedia:

Recip. Conſerv. herb. coſt. roſ. rubr.
ſcord. à ℥j.
Pulv. haly recent. ʒij.
Cort. chin. de chin. ʒj.
Extract. ſcab. bellid.
ſarſæparill. à ℈ß.
Antihect. Poter. gr. XV. M. F.
l. a. Electuarium. D.

S. Lattwerg vor den Schwindſüchtigen Huſten/ zwo Meſſerſpitzen dann und wann zu nehmen.

Recip. fl. ♀ ſubtiliſſ. gr. iij.
benz. gr. v. M. D.

S. Pülverlein eine kleine Meſſerſpitze zu nehmen einmahl des Tages in einen Löffel warm Bier.

§. LIII.

His præmiſſis *Diuretica* quoque die 7. Mart. ſangvini ſuum tonum reſtituere, & alterationem ſimul ſeri & ſangvinis calidioris inducere propinavimus, ſequens fuit remedium:

Recip. Tinct. fl. cyan. 4. Cordial.
calcatrip. à ℥j.
Spiritus ⊖ compoſ. ʒß. D. S.

Harntreibende Tinctur ins Bier.

§. LIV.

Confortantibus Cor & æſtum febrilem in ſpecie *Reſpicientibus* utendum, qualia conveniunt inprimis talia ◑ſa & ♁da, quæ ſtyptica ſunt, & ſangvinis ſerum augent, & putredinem tollunt; alia inter ſuprà jam dicta ſunt etiam ſequentia:

Recip. Sirup. Acetoſell.
citr. â ℥iij.
ceraſ. nigr. Acidor. ℥ij.
Corall. *Quercet.* ℥iß.
Spirit. ⊕l. q. ſ. ad gratiam M. D.

S. Hertz-ſtärckender Sirup etwas davon vormittag / nachmittag und auff die Nacht nehmen.

◑ſa quod attinet, ullum præſtantius & divinius excogitari haud poſſe arbitramur penitus remedium in morbis ardentibus, ubi ſal nimis volatile & ♀ Microcoſmi, uti in hoc morbo, peccat, quàm ◑ſa, quoniam ſangvinis impetum & efferveſcentiam nimiam ſciunt refrænare & compeſcere, quemadmodum haud immerito maximopere commendatur *à Sennert. l. 2. de febr. c. 13. p. 401.* ut & in uſu frequenti eſt Chimicis, tale erat ſequens medicamentum:

Recip. Spir. ◑ ʒiij. D. 30. biß 40. Tropffen morgends umb 9. und nachmittag um 4. Uhr in einen Löffel warm Bier zu nehmen.

§. LV

§. LV.

Externa pro varia intentione etiam revellendi & confortandi, diverſis in locis, in carpo pulſui nimirum frontique à nobis ſunt applicata remedia:

Recip. Ungt. roſ. ℥ß.
balſ. peruvian. ʒß.
🜀 l. rhod.
bezoard. à gr. xij.
rutæ gr. ix. M. D.
S. Hertz und Puls-Balſam

✠ rutae. & roſac. in carpo pulſui & fronti maxime utile fuit & neceſſarium.

§. LVI.

Præter æſtum & ſitim magnam, quibus de dictum, mitiganda lingvæ & faucium eſt ſiccitas & ardor, aſt fuêre ſequ. Gargariſmata.

Recip. Rad. alth. malv.
glyc. â ℥ß.
℞b. prunell. C. B. à Mj.
fl. ſambuc. pap. rh.
malv. arbor. à p. iij.
Caric. pingv. No. vj.
ſem. fœnigr. ʒij.
beccabung.
ſambuc. à ℈ij.

Recip. Colat. ℔iß.
Sirup. pap. rhœad.
diamor.
ceraſ. nigr. Acidor. à ℥ß.
lap. prunell. ʒj. M. D.

S. Gurgel-Waſſer offt im Mund zu nehmen, und ſich damit zu gurgeln.

Recip. ▽ plantag roſ.
rad. alth. à ℔iß.
Mell. roſat. ℥iß.
Ouſt. ℥j.

Tart.

Tart. ʒij. Sacch. ℥ß. M. & coqu. aliquantiſper & colentur D.

S. Gurgel-Waſſer faſt alle Stunden den Mund damit auszuſpühlen.

§. LVII.

Conſideranda quoque ſunt nobis ſymptomata alia in ægrota noſtra, deliria & vigiliæ. His occurrendum fuit remediis, quæ meninges irritatas demulcent, halitus acres diſcutiunt & temperant, ſerum deficiens reſtaurant, & ſpiritus motum inordinatum agitantes, & impreſſiones inſolitas compeſcunt, fuit tale;

Recip. Chamomil. melilot.
Serpill. pol. mont. à Mij.
puleg. ſem. 4. frigid. maj.
pap. rhœad. à p. iij. M. F. Species
ad ſacculum coqu. ſ. q.
▽ verb. fl. ſambuci hypnot. *Droncreil.*
nymph. lact. & parum acetirutac. D. apponatur calidè capiti.

§. LIIX.

Cum autem neque vires, neque deſiderium comedendi redire vellent, & è contra d. 10. Martii ſitis magna cum calore præternaturali adhuc urgeret, & alvus quoque in ſtatu morbi hujus dura facta eſſet, præter ſupra deſcripta remedia tum externa, tum interna unà cum ſequ. uſurpabantur.

Recip. Tinct. Bezoart. *Wedel.*
M. S. rectif. à ʒiiß. M. D.

S. 30. biß 40. Tropffen in einen Löffel warm Bier Mittags und auff die Nacht zu nehmen.

Recip. Tinct. roſ. viol.
Pap. errat. à ʒiiß.
borrag.
bugloſſ. à ʒiß.
Spiritus Victriol. gt. xij. M. D.

S. Mixtur wider den Durſt / davon 100. Tropffen in jedes Maaß Bier zu laſſen.

§. LIX.

§. LIX.

Verumenimverò alvus ſtatim die 12. aperiebatur per ſuppoſitorium ex ſapone; aberat etenim die 13. æſtus omnis febrilis, nec ægra niſi de vigiliis, virium debilitate, & appetitus defectu conquerebatur, quæ die 15. in ſomnum naturalem & ſvavem appetitum ciborum mediocrem mutabantur, & virium aliqualem acceſſionem, aſt die 23. ægra Jovæ auxilio in integrum reſtituta fuit. Denique cum preces in his maximè caſibus adeò ſumme ſint neceſſariæ, ſequens exempli loco præmitti poterit Viri cujusdam per totum orbem celeberrimi formula hîc in fine repetitu lectuque digniſſima, omnisque ſolatii pleniſſima, ita ſeſe habens: Adjuva nos Deus noſter! tu percutis & ſanas, nos vaſa viliſſima voluntati tuæ inſervimus, erige animos noſtros, ne confundamur; omnes ſanare impoſſibile eſt, da tamen, quos nobis ſanandi offert occaſio, ut ſanemus artis lege, ope tua adjuti. In adverſis caſibus ſuſtenta nos, conſilia ſurroga, auxilia rita ſuppedita. Fac, ut ubique ſapienter agamus; timidè nunquam, nunquam præcipitanter, nunquam ſecure & negligenter, ne vulgi judiciis & calumniis expoſiti horreamus Medicinam facere, omnia in divini Nominis gloriam, & proximi ſalutem per Dominum JESUM CHRISTUM.

Caſus

Caſus Medicus Secundus
DE
FOEMINA PHTHISI LABORANTE HEREDITARIA.
Proœmium
ad
Lectorem benignum.

QVantum Pulmones, ſatis nobile & utile organum, & inter vitalia excepto Corde, primum vivente & ultimum moriente, primarium, ſi ritè officium ſuum peragunt, machinæ microcoſmicæ toti ad aërem continuo ſuſcipiendum, in illis tepefaciendum, iterumque emittendum inſerviunt, id omnes quotidie, imò momentaneò experimur, dum inſpirando, trans- & exſpirando aërem purum vitam præbunt & longævam reddunt, pulmones autem labe quadam externa, vel interna, concepta, vel illata afficientes, vel quieſcentes, vel ſufficienter ſeſe dilatare neſcientes morbum adſe trahunt, imò quoque haud raro mortem ipſam.

Id quod autem accidit, ſi partim aër illis planè denegatur, ut *βιολυχνίε* flammula in cordis ſacrario perenniter micans haud ſuſtentetur, ſed ignis proprius pereatur, quoniam nimia ſangvinis effervescentia blandè conden-

denſando per effluvia frigida & aquea, h. e. ſalino-nitroſa, quæ alias aër in ſe contineat, & ſic ab inſpiratione prohibitâ æſtum nimium reprimendo debito modo contemperari nequit, aut ſi inſufficiens partim intratur ad minimum in iſtos â vitio pulmonum interno ſeminali & hæreditario adeò, ut machina totius corporis microcoſmica deſtruatur neceſſe eſt, ut in- & exſpiratio difficilis & inſufficiens duret tamdiu, quamdiu in apricum ſe ſiſtat morbus, quo magis magisque videre poſſumus, qualisqualis ſit ille, quomodo ab humoribus heterogeneis pulmones irruentibus augeatur, & quomodo pulmonibus pro ſucceſſu temporis ille interitum innuat, quemadmodum per Machinam demonſtrare nobis licet Experimenta varia, ſi nimirum Antliam Pnevmaticam Magdeburgenſem ſumamus & extrahamus ejiciamusque, campanæ rotundæ prius immiſſo animante quodam columbâ, rana, ave, piſce, mure &c. aërem ſufficientem, & relinquamus aerem inſufficientem, verbo, ætherem, columba vel rana, & ſic porro, accenſo & extincto in corde igne & humido poſtea ex ore iſtius ſpumeſcente & ebulliente, in momento vel peribit, vel ad minimum patietur: Ignis candelæ extingvitur; fumus deſcendit; cerevifia bona in illa ſpumeſcit; aqua & vinum bullulas ejiciunt; in ſpiritu nitri rectificato aliisque ſpiritibus chimicis videmus miranda, ne dicamus adhuc de pluribus experimentis ex Antlia pnevmatica deſumtis & ob analogiam & ſimilitudinem illuſtratis.

Quale vitium pulmonum invenitur in fœmina noſtra ægrotante, quoniam non tantum ipſa & fratres, verum etiam liberi hereditario veluti jure ex parente & avo prognato & tranſeunte, laborarunt & vitam cum morte commutarunt, hinc morbus vel phthiſis non

immerito appellatur hereditaria, qua de pro virili agere impræſentiarum animo induximus. Faxit igitur Deus ſapientiſſimus & totius orbis Fabricator, ut feliciter!

HISTORIA.

Fœmina primaria XLI. annorum & quod excurrit, ſtatura juſta, Temperamento plethorico & cholerico, anguſto & reſtricto thorace gaudebat, nata parentibus phthiſi hereditaria laborantibus, cum anno 1706. die 13. Maj. mater filiæ recens natæ facta fuiſſet, absque ordine bonâ & temperantia in cibando & potando vivebat, victum ſiccum ex carnibus infumatis cum aceto mixtis, ut aliàs totum vitæ ejus per tempus, ita & nunc ægrota noſtra aceto ſemper uti conſueverat, & cereviſiam ſecundariam loco primariæ, marito abſente, ſæpenumero habebat. D. 16. Junii propter res domeſticas valdè iraſcebatur, quemadmodum enim muſca in pariete ſedens illam iraſci potuerat: Menſes Ordinarii ter erant illi, aſt quarta & quinta vice, imò ad finem vitæ ejus usque emanebant, die 3. Oct. calorem præternaturalem, præmiſſo horrore in dorſo præcipuè cum dolore pectoris pungitivô ſiniſtro lateris, & tuſſi ſicca aliquando, aliquando humida, pariterque reſpiratione difficili & ſputo purulento, adeò ſentiebat, ut ſumma cum intolerantia multoties dicere cogeretur, corpus totum eſſe pus quaſi ſangvineum, & idcirco decubitum dextri lateris meliorem & æque tolerabiliorem lateris ſiniſtri fore decubitu certum per tempus. Ex nare fluebat quandoq; materia fœtida & alba tenuis. Poſt paſtum, imprimis prandium & circa noctem febris fortior erat, & in vola manus vehementer calebat, & de die in diem continuabat.

Inter-

Interdum appetitus non parvus ad cibandum, nullus interdum aderat: Sitis è contra incompeſcibilis exiſtebat. Maculæ iſtæ flaveſcentes, quæ aliàs in phthiſi laborantibus circa pectus & collum aliquando apparent, in ægrota noſtra circa totum ferè collum tamdiu, quamdiu morbus duraverit, obſervabantur. Sudore colliqvativo fœtido & frigido, mane & circa noctem inprimis illa gaudebat. Vomitus intra ſpatium 24. horarum materiæ viſcidæ, mucoſæ & aliquando ſangvine ſimulque cibis commixtæ ſexies & ferme frequentior erat. Extenuatio tamen & totius corporis macies magis magisq; apparebant & virium debilitas. Die 30. Nov. rhonchus ingens in ægra noſtra audiebatur non ſine admiratione Cognatorum adſtantiumque aliorum, qui quoque ad finem morbi usque perduravit. Die 8. Januar. 1707. alterum hypocauſtum relinquebatur, poſteaque alterum eligebatur; die 11. Confeſſionarius advocabatur & ægrota S. Cœnâ fruebatur. Die 16. Febr. tumeſcentia circa crus pedis ſiniſtri, tempore de veſpertino, quo pediluvium illi erat paratum terrore haud ſine minimo obſervabatur, ſequenti verô die deſinebat. Vigiliæ aderant & virium debilitates evadebant majores: die 19. Febr. diarrhœâ laborare incipiebat, die vero 23. ſiſtebatur illa. Effloreſcentiam ſangvinis die 13. Martii ægrota exſpuebat & die 15. diarrhœa fortior eſſe inchoabat, aſt die 20. adhuc perſeverabat & frequens lipothymia hanc accedebat. Die 17. Martii in ſymptoma quoque graviſſimum βαρυκοΐαν circa horam tertiam pomeridianam invadebat & durabat aliquot per ſeptimanas; die 23. ſputum purulentum minuebatur & ex adverſò reſpiratio difficilis adeo augebatur, ut erecto corpore in lecto ſederet & aperto ore ex- & inſpiraret neceſſe erat, alias ſuffocare volebat. Pulſus evadebat ſtatim naturalis, ſtatim debilis, celer & frequens. Uri-

na videbatur ſemper ſubrubra cum nubecula oleaginoſa, & ſedimento in principio & augmento hujus morbi albo, in ſtatu vero illius rubro multo. Ægrota laborabat phthiſi hereditaria, ſi vel maxime nullam ſpem ſalutis ſupereſſe illi optimè calleret, quoniam morbus eſt periculoſiſſimus & adeo lethalis, ut tantum cura palliativa demulceatur & in tempus longum protrahatur, ſiquidem diarrhœa ſuperveniente fortiori, poſteaquam die 10. April. à Confeſſionario Sacro-Sanctâ Cœnâ prius fruebatur, die ſequenti 11. April. circa horam nonam matutinam ægra noſtra inter preces diligentiſſimas & mariti, liberorum & cognatorum lacrymas abundè profuſas fatis cedebat: Attamen non neglecta in morbo illius, nec abſque auxilio, ut divino ſupra memorato, ita hic medico relicta fuerat.

RESOLUTIO.

Affectus, quo laborabat ægrota noſtra, eſt *Phthiſis hereditaria ſtrictiori ſenſu* ſic dicta, ab origine Græcanica φθόη, ἀπὸ τȣ φθίειν, vel φθίνειν corrumpere, conſumere, perdere, labefactare; nulla enim tabes & contabefactio pulmonum *proprie*, ſed *latiori* ſignificatu dici poteſt phthiſis, quia non ab ulcere pulmonum, ſed aliorum multò potius viſcerum conſtitutione mala vel obſtructione vaſorum chyliferorum, vel ad nutriendum alimenti minus aptitudine, & diſpoſitione prava & corrupta partium nutriendarum ad accipiendum iſtud & retinendum, quod ad apponendum & nutriendum eò depellitur, induci poteſt, ut inde partes γλισχραὶ, balſamicæ, & nutribiles totius machinæ microcoſmicæ abſumantur, nec reſtituantur: Phthiſin poſuimus cum epitheto *Hereditariam*; ſub hoc enim nomine haud intelligimus morbos Endemios, ſeu certæ regioni proprios, quorum origo à ſingulari ſoli conſtitutione, ætheris natura, aut malâ Diætæ regimine petenda eſt, quemadmodum in regionib9 Septentrionalibus eſt Scorbutus, in Anglia Phthiſis, ſ. Sudor Anglic9 ſic

vo-

vocat9, in Polonia Plica, in Stiria & Carinthia, vel circa Alpes ſcrophulæ, in Gallia, Hiſpania & Italia ſiphylis, vel lues ♀ea, in Hungaria morbus Hungaric9 ſic dictus, & ſic porro. Nec ſub hac voce vocamus & putamus omnes iſtos morbos, quibus olim laborârunt parentes & poſteà liberis communes evadunt, ſtatim hereditarios eſſe & dici, in liberis enim, quam olim in parentibus itendidem procreari poſſunt morbi ſimiles à cauſis ſuprà jam laudatis; ſed potius per vocabulum *hereditariam* phthiſin talem morbum volumus nominatum, cujus fundamenta & principia conſtitutiva in parentum corporibus & illorum partibus diu præextitit, quod velut mediante ſemine formam totius corporis & imaginem exprimit, in liberos & poſteros, hereditario quaſi jure transfertur & commiſcetur. *Rolf.* aliique hunc morbum vocant quoque *Gentilitium, connatum, parentalem*; *Mercat. habitualem*; *Helmont. ſeminalem*; plurimi vero *familiarem, natalitium, originalem, connaturalem* &c. audiunt, germanicâ voce: Die von Eltern oder Groß-Eltern herrührende oder herſtammende Erb-Schwindſucht/Erb-Lungenſucht oder Erb-Lungen-Geſchwür.

Adeſſe phthiſin verám ex ſignis pathognomonicis & infallibilibus in hiſtoria noſtra dictis, illa ſumuntur ab *Eſſentialiter Inhærentibus*, ut reſpiratio difficilis, dolor pectoris pungitivus, tuſſis ſicca aliquando, aliquando humida, exulceratio pulmonum indefinita, febris lenta ſ. hectica poſt prandium, cœnam & circa noctem maximè imminens & aucta, extenuatio & macies denique totius corporis.

Parabole apparet quoque in aliis hâc labe afficientibus, multi enim inveniuntur, qui tales cauſas prægreſſas & ſymptomata alia graviſſima plura habuêre, ſimulque pro phthiſicis ab omnibus Medicis exiſtimati fuêre.

Pars affecta, ſive *Subjectum primarium & principale* ſunt Pulmones, qui ſunt corpus molle, laxum, ſpongioſum, atq; ſic in Thorace ſitum, ut motus ejus ſit ibi liberrimus ſemper ad inſpirandum, trans- & exſpirandum, Spiritus & ſangvinem recipiendum, & ideo vaſis diverſis & membranaceis veſiculis & bronchiis gaudens; Læduntur autem ab influxu & *ςάσει* humorum vitioſorum, h. e. ⊖ino acido-bilioſorum peregrinorum, quæ disruptionem & exeſionem

in hâc rariori textura, & ſpongioſo & poroſo corpore ſine ulla opera & labore inducere poſſunt & ſic ulcerationem excitare, ut reſpiratio difficilis & catarrhus reddatur neceſſe eſt.

Pars conſenſualis, ſive *Subjectum adæquatum* & *ſecundarium*, vel *minus principale* eſt Cor, vitæ Regiam, ob viciniam, confluxum unum & conſpirationem unam; & totum Corpus ipſum; Cor enim, quia pulmones & iſtud ratione circulationis conſpirant ſecundum *Coum*, aſt à vaporibus putridis, ſive ſangvine acriori & fervidiori exoritur febris lenta, vel hectica, quæ Cor ipſum ſæpè reddit flaccidum exſangvemque, in pulmones ſangvinem acidum, ſalſum & bilioſum infundit, & quæ nutrimentum alibile conſumit & ita depaſcit, ut Spiritus & ſangvis & humores detrimentum patiantur manifeſtum, & totum corpus ſucceſſivè emacietur & abſumatur.

In hiſtoria noſtra narravimus decubitum dextri lateris tolerabiliorem & quietiorem fuiſſe decubitu ſiniſtri lateris ob dolores pectoris pungitivos; interim tamen de tempore ægra noſtra, neque in dextro, neque ſiniſtro latere decumbere potuit, quare in dubium vocamus, an pulmo uterque pari modo lædi, punctulis variis venenoſis quaſi infici & dolores pungitivi in thorace toto induci poſſunt, nullus quippe Medicorum ferè de his exactè dijudicare invenietur.

Cauſam immediatam quod attinet, ſolam hic incuſamus exulcerationem pulmonum cum vaſis capillaribus venarum & arteriarum, membranaceis veſiculis & bronchiis.

Mediata proximior eſt ſangvis acris, ſalſus, acido-bilioſus, corruptione fermentifica impræegnatus. Sangvis enim, qui à ſtatu ſuo naturali abit, ichoreſcit, quo de leg. *Illuſtr. Wedel. Exercitat. Patholog. Therapeut. pag. m. 106.* maximèque generationi puris aptus, quoniam reſpectu particularum diverſarum heterogenearum tum intra, tum extravaſatarum non ſolum pulmones erodit, verum quoque labem affricat parti. Sive quantitate peccat ſangvis, quando oneroſus, vaſa ſubtiliſſima rumpit, ςάσιν concipit, & conſequenter ſaniem, vel exulcerationem inducit. Non autem ſangvis ſolus eſt in culpa, ſed humor quoque cum lympha ſalſa, acida, muriatica, diutiori mora ſtagnans in quadam pulmonum parte grumeſcentiam, imò ichoreſcentiam efficere poſſit, niſi verò ſtagnet, attamen ſalibus fœta & imbuta, eroſionem & ſaniem præſtet; In

Glan-

Glandulis etiam lympham à ſangvine ſecerni peregrinoque ſalino charactere inſigniri putamus, adeoque circulatione læſâ & impedita lymphæ, obſtructione vero & congrumeſcentia illius peracta, aliquid ſalſi & acidi excrementitii in illis relinqui, quod fermentationem præternaturalem facit, hincque in pus convertit, & ad fauces mittit, tuſſi verò illud ejicit & eliminat.

Cauſæ mediatæ remotiores dividuntur in *Naturales*, *Non Naturales & Præternaturales*. *Naturales* inter primum locum obtinet Temperamentum plethoricum & cholericum, quod ad phthiſin producendam & promovendam maxime aptum natum eſt; illud propter particulas fervidiores, acriores & lymphæ ſalſedinem inducentes: Hoc propter particulas ſangvinis bilioſas & tenuiores ſerique dulcedinem deficientes, ſed ſalſedinem & amaritudinem illius & eroſionem cauſſantes.

(2.) *Ætas* ſe offert, ſciendum, omnes ætates huic malo eſſe obnoxias, neque infantes eſſe eximendos, quod id accidit frequenter in morbis præcipuè hereditariis, ut in phthiſi, arthritide aliisque. *Senes* quoque, ſi lympha eſt vappida, calidum innatum maximâ ex parte exhauſtum & debile; hinc ſangvis ad ςάσιν & obſtructiones proclivis, quandoque hôc malo corripiuntur. Imprimis autem *Ætas florens*, *Juvenilis & Virilis* ad phthiſin eſt diſpoſita, ſecundum *Hippocratem Medicorum Præſidem* 5. *aph.* 6. φθίσιες μάλιςα γίγνονται ἀπὸ ὀκτὼ καὶ δέκα ἐτέων μέχρι τριήκοντα καὶ πέντε. *Tabes iis maxime ætatibus fiunt, quæ à decimo octavo ſunt usque ad trigeſimum quintum*; hic aphoriſmus eſt cum grano ſalis intelligendus & accipiendus, multos enim phthiſi laboraſſe vidimus, quibus ætates ad annum 41. & 49. ultraque fuerunt, prout ſeſe habent Temperamenta, ita ſe habet caloris nativi alteratio; quemadmodum igitur *Galen. in Comment. ad ſect.* 3. *aph.* 29. ſequentibus explicat verbis, inquiens: *Tabem autem & ſputum purulentum & ſangvineum non ſecundum ætatis naturam patiuntur, ſed ſecundum aliquid eorum, quæ iis accidunt, quia aut percutiuntur, aut contunduntur, aut ſaliunt, aut clamant vehementius, aut refrigerantur, aut humi cubant, aut replentur, aut propter aliam hujuscemodi cauſam.*

(3.) *Hereditaria diſpoſitio* ad phthiſin ſpecialiter huc ſpectat, & hic

& hîc omne fert punctum. Principium ſeminale, quod à ſangvine ſeparatur, embryoni facillimè communicatur, dum characterem phthiſicum ſero & ſangvini impreſſum conſtantiſſimè retinet; Hinc familiam ægrotæ noſtræ & alias phthiſicas obſervamus. Et licet hoc fermentum ſeminale in liberis quibusdam familiarum phthiſicarum in apricum haud ſtatim ſe ſiſtat, ſed per multos annos interdum lateat, attamen in erroribus Diætæ commiſſis facili negotio excitari poteſt, id quod ſummâ cum admiratione animadvertendum eſt, nonnullos phthiſi hereditaria laborantium ætate ferè ſimili & conditione æquali phthiſeos hôc morbo alterum poſt alterum periiſſe.

(4.) *Sexus uterque* ad phthiſin hereditariam eſt pronus, ſiquidem morbus eſt utrique communis; aſt magis fœminæ præ viris ſunt expoſitæ, cùm errore facilè commiſſo menſes ordinarios amittere poſſunt, quæ amiſſio illorum ad ſangvinis ςάσιν & congrumeſcentiam concipiendam, fermentum acidum inducendum, & ſic totam Maſſam ſangvineam inquinandam multum in phthiſica noſtra tribuit & contulit. Morbus hanc ob rationem eſt *contagioſus*, dum Conjux à conjuge ſæpè reportat phthiſin, quippe eorum conſvetudo eſt nequaquam ſecura, qui phthiſi corrupti ſunt, atque omninò eorum, qui putridum exſpirant, adeò, ut domus, quas habitant, fœtidum exhalent odorem, ut usq; & usque, ſi verbis *Galeni* uti liceat, per habitum effundatur, qui poſtea per aëris inſpirationem attractus, ſi nimirum ſpiritus purulentus exhalatus iterum inſpiratur, ab adſtante conjuge pulmones ſimili ratione corrumpit, interim tamen non omni animantium generi eadem aut conferunt, aut commoda ſunt, ſed ſunt alia aliis magis convenientia, dum corpus à corpore, natura à natura, nutrimentum à nutrimento differt; Verum enimverò morbus hic contagioſus per veſtes quoque, lectos, indufia, munimentum manuum, contra frigus, germanicè eine Muffe propagari poteſt, quibus de elegantiſſime legi & videri poteſt *Illuſtr. Wedel. Patholog. Dogmat pag. 14. & M. C. A. N. C. D. II. A. IX. & X. pag. 120.* Et notatu digniſſimum exemplum videre eſt apud *Robertum Dodonæum in prax. Med. cap. 31.* ubi Avum, Patrem & omnes liberos phthiſi extinctos advertit; pari ratione *Hieron. Fra-*

caſtor.

caſtor. atteſtatur *de Morb. Contagioſ. cap. 9.* Phthiſin ad quintam, imò ſextam generationem ſe propagâſſe & cunctos conſumſiſſe.

(5.) *Habitus Corporis* eſt quoque conſiderandus; Anguſtia inprimis & Conſtrictio Thoracis, ſcapulæ in modum alarum prominentes non ſunt prætereundæ, ob quas phthiſi & ſunt obnoxii, quia ſangvis liberè moveri non poteſt.

(6.) Denique *Vitæ Genus* huc facit. Quicunque pulmones frequentius & vehementius exercent plerumque vim illis, ut lædantur, inferunt. Ideo ſaltatores, cantores, qui ſaltando, cantando Spiritus diutius continere & vim maximam pulmonibus inferre coguntur, unde tonus veſicularum laxatur, vel quoque phthiſin incurrunt, ut taceamus Murarios, cuprarios, metallurgos &c. legi de his meretur *Wed. Pathol. Dogmat. pag. m.* 298. Item Concionatores quoque, â motu pulmonum nimio, quem ratione officii clangoſa voce in concionibus ſæpenumero excitare ſolent; Aurifabri & Artis chimicæ opifices, facilè phthiſi laborare poſſunt.

Cognitis ſic *Cauſis Naturalibus* progreſſum faciendum ordine nobis venit ad *Non-Naturales. Aer* Autumnalis imprimis in ægrâ noſtra plurimum fecit, dum *frigidus* erat, *ventoſus* & *pluvialis*, tuſſim majorem & deſtillationes excitat, vel vaſorum pulmonis ruptionem aliaque ſymptomata gravia cauſatur & adeo phthiſin inducit; *pluvialis* & *nebuloſus* parit obſtructiones vaſorum capillarium in pulmonibus partim, partim humores cerebri auget & fundit, acres & ſalſos reſolvit, pulmonis ſubſtantiam adhuc corruptam planè corrodit, ulceribus ſorditiem majorem inducit, & eô magis pulmonibus noxam infert. *Cibus* & *Potus* magna in culpa ſunt, cùm carnes infumatæ cum aceto commixtæ ventriculum ſatis gravent, & ἐυχύλωσιν impediant, cruditates generent, ſaliaque cumulent, fermento acido ſalino deſtructo, phthiſi januas aperiunt; Cereviſia ſecundaria nullam efficaciam habent coctionis bonæ, toto corpore jamjam laſſato, propter vires depauperatas, quia decem liberorum mater facta fuerat; multò potius vinum rhenanum, vel francicum, vel roſmarini, quia recreat hominis vitam, ſi mediocriter bibitur locum habet; *Plinius* vinum vocat ſangvinem terræ & animæ & corporis lætitiam; Eruditi & dicunt vinum optimum COS, vel aliud loco ſe-

cundariæ cereviſiæ vires perditas reſtituendo bibere, & ad cibum inſumatum addere quoque potum ſupra laudatum potuiſſet vel debuiſſet, qui inſimul ciborum ingurgitatorum craſſorum, apepſiam impedire, coctionem reddere & promovere bonam; & ventriculi fermentum corroborare potuiſſet, aliàs anſam phthiſin potentialem producendi in actum præbent commodam & manum illi porrigunt.

Somnus & *Vigiliæ* ad phthiſin multum juvent. *Somnus* enim, ut moderate & tempeſtive inſtitutus & adhibitus, ſecundum *Tertullianum in ſuô libro de Anima c.* 43. eſt recreator corporum, redintegrator virium, probator valetudinum, pacator operum, medicus laborum, cui legitime fruendo dies cedit, nox legem facit, auferens rerum etiam colorem; ita inordinatus & intempeſtivus Spiritus perturbat, apepſian auget Ventriculi, humorum cruditates inducit, ſangvinis circulationem impedit, lympham ſalſam & acrem efficit, pororum obſtructiones cauſſat, defluxiones generat & humorum putrefactionem facit; *Vigiliæ* v. *nimiæ* cruditates pariunt, ſangvinem humore diluente privant, ſpiritus exhauriunt & illos quoque ferociores & acriores reddunt, ſemper volatiliſando, agitando & irritando in partes ſolidas, & ſic, conſumto vitali ſucco, extenuant corpora, vires labefactant, ſenſuum functiones debilitant, & phthiſin inducunt ipſam.

Motus exceſſivus vaſorum ruptiones & ſangvinis rejectiones efficit, ſi ſubſtantia pulmonum prius tuſſi continua tum humida, tum ſicca ab incunabulis usque ad hunc diem, imo à principio ſeminali corrupta fuit, ut taceamus corporis totius motionem quoq; excedentem &. ad hanc potionem ſtatim fortiorem adhibitam, non poteſt non reſpiratio difficilis & tuſſis tum ſicca, tum humida augeri, & ſic pulmonum exulceratio, ſ. phthiſis adhuc diſpoſita in habitum produci: Qvies verô, ſi excedit, eadem ratione peccat.

Quoad *Excreta* & *Retenta* monuimus ab obſtructione inſigni vaſorum acres & ſalſas accumulari particulas, quæ pulmones mirum quantum erodunt & exulcerationem promovent. In hiſtoria noſtra quoque allegavimus *Vomitus frequentes* ægrotæ noſtræ, qui pulmonibus maximè nocent, inprimis autem τῶν γυναικείων ἐπίσχεσις, ſive *evacuatio menſtrua ſuppreſſa* longum per temporis intervallum,

id

id eſt, ad mortem ægræ usque durans, delato & regurgitato ſangvine acri corrupto, & ſalſo ſuperfluo â ſangvine in utero retento, acrimoniam, fermentationem & corruptionem acquirente lege circulationis ad cor refluente, pariterque ab illo ad Nobile reſpirandi organum utiliſſimumque, fere in culpa in ægrota noſtra fuit non minima, & hoc malum promovit peſſimum. Aliàs in principio hujus morbi certò certius exiſtimarâmus & credideramus, ob menſium emanſionem forſan eſſe gravidam ægram, dum nulla cauſa manifeſta, hoc eſt, neque horror, neque febris, neq; aliud ſtatim hanc ſequebatur, ſed multo potius venter illius ὀργασμῶδες erat, ſecund. *Hippocratem divinum* 5. *aph.* 61. Ἢν γυναικὶ καθάρσιες μὴ πορεύωνται μήτε πυρετȣ̃ ἐπιγινομενȣ̃, ἄσαι δὲ αὐτῇ προσπίπτωσι, λογίζȣ ταύτην ἐν γαστρὶ ἔχειν. *Si mulieri purgationes non prodeant, neque horrore, neque febre ſuccedente, faſtidia vero & accidant, gravidam eſſe putato;* Aſt ſtatus ſucceſſivus morbi hujus aliter nos docuit, quia menſes, ventre ſenſim ſenſimque iterum ſuppreſſo, & accidente febri hectica aliisque cauſis in hiſtoria noſtra præcedente jam recenſitis, tamdiu emanebant, quamdiu vitam cum morte, aut potius mortem in hâc calamitate cum vita æterna ægra noſtra commutabat. Et licet inter alia ſymptomata graviſſima in noſtro morbo occurrentia hocce infimum & exiguum ſymptoma Evacuatio ſcilicet menſtrua ſuppreſſa videatur; nihilo tamen minus ferè id ſufficeret phthiſin inducere, adeò, ut periculum maximum vitæ ſubire potuiſſet ægra, ſiquidem *divus Hippocrat. ipſe* de illa mulierum ſanatione, quibus ex ſuppreſſis menſibus phthiſis oborta eſt *lib.* 2. *prorhet. pag.* 216. Τῶν ἄλλων ἥκιστα περιγίνονται αἱ γυναῖκες ἧσιν ἀπολήψει ἐπιμηνίων ἡ φθίσις γένηται, non immerito dubitavit.

Affectus Animi haud ſunt de nihilo æſtimandi, inter alios quippe *Ira* inprimis particulas acres, ſalſas & bilioſas in ſangvine concitat, & fermentationem præternaturalem maſſæ ſangvineæ infert, & febrim hecticam inducit, cum aliàs diſpoſitio ad phthiſin hereditaria in ægra adeò ſit, ut ira ſæpius repetita facili negotio vim latentem ſuam in productivam adducere poſſit phthiſeos exercitationem.

Præmiſſis ſic Rebus NonNaturalibus pedem figimus ad *Præternatu-*

naturales; ſunt ſangvinis ſputum & hæmorrhagiæ narium aliquod ante annos jam ſæpius facta, quæ indicavit, quomodo pulmonis ſubſtantia fuit diſpoſita & conditionata.

Ex hiſce cauſis memoratis orta eſt phthiſis à pulmonum ulcere, adeoque ſubſecuta & comitata varia ſunt ſymptomata graviſſima, quæ ægrotæ noſtræ periculum vitæ ingens minata ſunt. Occurrunt enim in hiſtoria noſtra (1) *Reſpiratio difficilis*, vel ob bronchiorum & arteriarum levium obſtructionem & irritationem, vel ob anguſtam ſtructuram thoracis, pulmonum ad debitum aëris introitum, haud admittentem expanſionem, vel ob nimiam laxitatem & debilitatem hujus viſceris ad ſuſcipiendos & ejiciendos humores affluentes ſalſos & acres, & Spiritus fervidos à corde ad pulmones miſſos temperandos, & iſtorum motum nimium ventilandum; vel potius ob principium ſeminale à parentibus pulmonibus in ægra noſtra ſeſe jam ab infantia quoque illa exerit haud levis reſpiratio.

(2.) *Tuſſis ſicca* aliquando, aliquando *humida*, ob humores calidiores, acres, incidentes, catharrales à capite tenues ab ulcere pulmonum in ipſis generato, ortos; vel etiam è cerebro affluxum ad pulmones affectantes, quia impoſſibile eſt heterogeneos in tanta copia in pulmonibus ipſis tantum generari, ſed verum videtur, per circulationem cum ſangvine venoſo naturam quaſi in cloacam ibi ſe exonerare & febri lenta in puris vertere ſubſtantiam, illiusq́ inducere naturam.

(3.) *Dolor pectoris pungitivus*, in ſiniſtro imprimis latere, ob humores calidiores, acutos, ſalſos copioſos rarefactos exſpuitionem è pulmonibus tendentes & ſpiculis quadrangularibus, ſexangularibus, ſeptangularibus, & ſic porrò gaudentes, ex arteriis per venas refluentes & dolores in pectore excitantes quàm graviſſimos; quemadmodum *Hipp. noſter divus in Prænot. Coac. cap.* 1. *pag* 479. § 18 in hæc verba elegantiſſima & lectu notatuq́; digniſſima erumpit: Ἐξ ἐμπυήσιος πλεύμονος καὶ κατὰ κοίλιην ἐνίοτε ἀλγήματα καὶ κληῖδα, καὶ τὸ ὑποϱέγχειν ἀσώδεα, σημαίνει πτυέλου πλῆθος ἐν τῷ πλεύμονι. *Ex pulmonis ſuppuratione circa ventrem aliquando ac claviculam dolores, & anxie ſtertere ſputi copiam ſignificant.*

(4.) *Fe-*

(4.) *Febris Hectica* ſ. *lenta*, quæ præ reliquis phthiſin confirmat, & perfectam reddit, absque illa autem nunquam perfecte dicitur; Cognoſcitur enim in principio & in primo gradu, vel ſecundum *Galenum* tempore, ſi rorida ſaltim partium nutriendarum ſubſtantia ſucceſſive & extenuatio mitis eſt, difficulter, quô facilè curari poteſt, in ſecundo gradu, ubi in gelatinoſam magis ſubſtantiam converſus humor nutritius quaſi deliquatur, mediocriter quidem cognoſcitur, ſed difficulter curatur; in tertio gradu facillimè cognoſcitur, poſt paſtum imprimis hora una vel altera invadit, quia tunc temporis, abſoluta ſubtilioris materiæ concoctione, partes ſiccæ & ſolidæ rurſus humectantur; & hoc exemplo calcis vivæ, cui ſuperfuſa eſt aqua frigida oſtenditur, nocturno tempore magis exacerbatur, quia copioſiores fluunt evaporationes; in volis manuum ardore; in ſoleis pedum, quoniam illic venæ & arteriæ terminantur; item in facie rubefacta, & hinc, ſi corpora flacceſcunt & exſiccantur ariditatemque & maciem ſenſibus manifeſtam contrahunt, ſed nunquam curari poteſt, in phthiſicis à parentibus natis impreſſis febris lenta, vel, ut loquar cum *Magnif. Dn. Wed. lib. Pathol. Dogmat. p. m.* 38. febris habituata in poris & in partibus, h. e. non amplius in humoribus & ſpiritu, ſed in corporibus iis, quæ habitus rationem habent, comprehenſa, velut ſymptoma graviſſimum conſideratum nunquam curam ſuſcipit perfectam; interim tamen palliativam, ut taceamus morbum ipſum, phthiſin hereditariam. Sudores etiam adſunt utplurimum colliqvativi, veſpertini & nocturni, fœtidi nimii, qui *ſec. Hipp. Coac. prænot. c.* 1. *§.* 8. κάκιστον τὸ ἐφιδροῦν τούτοισι *leviter inſudare peſſimum eſt indicium*; Horror in dorſo non rarò invadit *licitato*: Αἱ ἐκ νώτου φρῖκαι πυκναὶ καὶ ὀξέως μεταπίπτουσαι, δύσφοροι. *Ex dorſo horrores frequentes, & cito tranſeuntes*, difficiles ſunt; & iterum *§.* 10. Οἱ πυκνὰ ἐφιδροῦντες καὶ ἐπιρριγέοντες, ὀλέθριον· καὶ ἐπὶ τῇσι τελευτῇσιν ἀναφαίνονται ἐμπύημα ἔχοντες, καὶ κοιλίας ταραχώδεας. *Qui frequenter exſudant & ſubinde horrent, peſſime habent, & ad extremum ſuppurationem habere comperiuntur, alvosq; perturbatas*. Item diarrhœam per longum temporis ſpatium febris lenta, humoribus crudis, pitui-

toſis, acrioribus, ſalſis & biliofis in viſceribus nimis rarefactis & æq; irritatis excitat.

(5.) *Extenuatio, vel macies totius corporis,* & virium maxima debilitas, ob pulmonum vitium, ſive exulcerationem per conſenſum & κοινωνίαν Cor, inter vitalia, organon principale, ſenſim ſenſimque læditur & efficitur flaccidum adeò, ut ſangvificationem totam inquinet, imò ſangvis ipſe fervidior per parenchyma pulmonum à febri lenta redditus, & poſtea in partes ſolidas delatus, ſuccum nutritium, γλισχρὸν & balſamicum deperdat, adeoque ſubſtantiam carneam exuret in totum ipſo ſangvine calidiori, & humidum roridum abſumat; quare propter acrimoniam & putredinem â pulmonibus conceptam, nutrimentum corpori non amplius apponi poteſt, macies ſequatur neceſſe eſt & conſequenter vivum ſceleton præſens.

(6.) *Sputum purulentum* ob humidum ſordidum & exulceratum in pulmonibus redditum, exitum quod affectat tuſſi humida inprimis craſtina luce ſemper excitata hand ſine emolumento, excocta & ſuppurata totam ferè per noctem prius materia, pulmones hanc non poſſunt non ejicere materiam, extra parietem eliminare & naturam ſic ſuppreſſam aliquo modo modo ſublevare.

(7.) *Frequens Lipothymia* motum ſangvinis fermentificum & ſufflaminatum intra cordis ventriculos, vomitum & diarrhœam præcedentem & conſequenter virium debilitatem maximam ſubſecuta eſt.

(8.) *Pulſus* ſtatim *naturalis,* ſtatim *celer* & *frequens* ob varias irritationes, obſtructiones & putredinem in pulmonibus & vicino corde, ut & propter diverſos in corpore ab ulcere pulmonum vapores & halitus exortus; ut enim circulatio ſangvinis ſe exerit in corde & partibus, ita pulſus; ut pulſus, ita reſpiratio, ut reſpiratio, ita aër; verbo, Cor eſt principium & fons vitæ, animæ ſedes, pars omnium princeps: Pulſus, ut valetudinis, ita morbi diribitor, cauſa & ſignum.

(9.) *Urina oleaginoſa* ob calorem liquefacientem à febri lenta & exuperantibus ſalinis particulis in tota machina microcoſmica & reſolutionem partium ſangvineo-balſam. & ⊖ino-♀earum, putrefactionem nimium ſimulque partium ſolidarum colliquationem

origine

origine gaudens. *Subrubra* vero, & quidem in ſtatu illius morbi cum ſedimento multo rubro, ſive quoque potius *flammea urina* propter exceſſum caloris præternaturalis magnum & prædominium bilis acris, in corpore ſangvini admixtæ, quæ mixtio bilis cum ſangvine efferveſcentiam & ebullitionem magnam cauſatur, exoritur.

Ad *Signum Prognoſticum* hujus morbi, quod ſtatum prædicat futurum, progredimur ; abſolvitur autem (α) id *ratione Salutis & mortis*. Phthiſis incipiens, ſive, quæ adhuc in *fieri* ἐνσχέσει eſt, & non diſpoſita, & à parentibus natis impreſſa & communicata, ſ. hereditaria ; ſi eroſio ſaltim eſt ſuperficiaria & vix notanda, ſputum album & tenue, ſine febri lenta, thorax amplus, vires conſtantes & ſic in juvene floreſcente, vel media ætate, ſi ulcus recens, ungves rubicundi & viſcera fortiora, ſalus eſt ſperanda. Aſt ſi *hereditaria & confirmata*, thorax adeſt brevis & ſtrictior, collum longius, reſpiratio difficilis perpetua, quæ ab *Hippocrate malum* judicat ſignum, 4. *aph.* 5. ſputum purulentum, imo ſangvineum purum aliquando, ut in ægra noſtra, craſſum, pituitoſum & viſcidum & ſimul fuſcum, vires totius corporis imbecilles & proſtratæ, in medio ætatis, ulcus ſordidum, confirmatum in pulmonibus, facies Hippocratica, cadaveroſa, i. e. nares acutæ, oculi concavi, collapſa tempora, frigidæ contractæque aures, & imis partibus leniter verſæ, cutis circa frontem, dura circumtenta, tum arida, totius faciei color pallidus, vel plumbeus, vel terreus, & facies putatur pulvere conſperſa ; viſcera debilia & contorta evacuatio menſtrua ſuppreſſa cum febri hectica ſ. lenta & atrophia ; ſi maculæ circa collum, vel pectus flaveſcentes & aliquando purpureæ tamdiu, quamdiu morbus duret, advertuntur ; ſi ſudores colliquativi nimii, fœtidi, frequentes adſunt ; Vomitus crebriores, labra livida, aut etiam reſoluta & inverſa frigidaque, tumores pedum, ungves in manu ſiniſtra præcipue vel cœrulei, vel pallidi, & alvi profluvium, res deſperata eſt, quæ *Franciſcus Portus Decad.* 2. *Med. cap.* 29. elegantiſſimis his verſibus paullo accuratius & brevius comprehendit :

Prominet his humerus dira qui tabe tenentur,
Sunt graciles aures, oculus cavus, arida febris,

Tem-

Tempora lapſa, fluunt ſupera de parte capilli,
Eſt pedibus manuumque volis calor excutiturque
Per tuſſim cruor, aut ſanies fœtore moleſta.

Et lib. 6. cap. 13.

Cui omnes & macies cum lenta febre feroque
Ulcere pulmonis, genus inſuperabile morbi.

(β) *Ratione Longitudinis & Eventus*, morbus eſt chronicus, ſiquidem ægra noſtra ferè per totum annum hoc malo laboravit, obſervata Diæta, quantum fieri potuiſſet, & nî exulceratio pulmonum radicata, profunda & ſordida in ſubſtantia illius continuô hæſiſſet, diutius morbus durâſſet, ſed, poſteaquam tempore vernali materiam purulentam, fuſcam, globoſam, cœnoſam & craſſam, tuſſiendo vehementius, rejicere amplius nequiêrat, ægra ſuffocationem ſummâ cum virium debilitate patiretur neceſſe erat, corrupta & obſtructa pulmonum ſubſtantia, & á puris copia in pulmone coacervatâ reſpiratione & viis ſpiritualibus interceptis; febris enim ex ſanie ut ex ipſis pulmonibus putreſcentibus per vapores calidos & putridos ſangvini cordique per venam arterioſam & arteriam venoſam, maxime quoque ob vicinitatem communicatos, accenſa, materiam magis magisque exſiccavit, eam ad expectorationem ulteriorem ineptam reddens; pulmone enim malè habente, neceſſariò etiam per conſenſum & κοινωνίαν non rectè ſe habet Cor, celerrimam cordi maximamque omnium noxam infert pulmo, ſedem etenim habet Cordi omnem noxam infert pulmo, ſedem etenim habet Cordi omnium conjunctiſſimam, ejus vaſis quàm maximè affinis eſt, & confluxum habet per oſtia maxima in ſinum utrumque; & ſic ſec. *effatum* quoque *aureum Hippocraticum lib. 7. aph. 16.* Ἐπὶ πύῳ πτύσει φθίσις καὶ ῥύσις ἐπὴν δὲ τὸ πτύελον ἴσχεται ἀποθνήσκουσι. *Ex puris ſputo tabes & fluxus, cum ſputum retentum ſit, moriuntur.* Et *aph. 14. lib. 5.* ὑπὸ φθίσιος ἐχωμένῳ διάῤῥοια ἐπιγενομένη, θανατῶδες *A tabe habito profluvium alvi ſuperveniens lethale.* Et rurſus *lib. 7. aph. 74.* Ἐπὶ τῇ φθόῃ ῥεῦμα ἐκ τῆς κεφαλῆς, ἐπὶ τῷ ῥεύματι

δι-

διάῤῥοια, ἐπὶ τῇ διαῤῥοίᾳ σχέσις τῆς ἄνω καθάρσεως, ἐπὶ τῇ σχέσει θάνατος. *A tabe fluxio de capite, à defluxu diarrhœa interceptio expectorati, ab interceptione mors.*

Tempus autem *interitus,* quô phthiſici fata ſua ὡς ἐπὶ τὰ πολλὰ *utplurimum* exponuntur, eſt, quando arbores folia induunt, & quando eadem exeunt, uno verbo, *Ver & Autumnus, leg. Wed. Pathol. Dogmat. p.* 132. *& ſec. Hipp.* 3. *aph.* 10. Τὸ φθινόπωρον τοῖς φθίνουσι κακόν. *Sed & Tabidis Autumnus exitio eſſe ſolet.* Quia propter aëris frigiditatem & inæqualitatem acutas & ſalſas movet & promovet deſtillationes, tuſſes excitat, aliosque nocivos edit partus: Male quoque audit *Ver ſecundum Hipp.* 6. *Epidem. ſect.* 7. quippe phthiſicorum calor innatus, qui hyeme partibus internis inſidebat, ob Solis ad nos acceſſum ad membrorum externorum avocatur & expenditur peripherian; Ob ſui igitur diffuſionem, cùm aliàs ſit exiguum, vel majorem ſubit maciem, vel totalem extinctionem. Siquidem etiam vidimus phthiſicos, qui tempore æſtatis circa menſe Auguſt. vitam cum morte commutarunt.

Curatio ſic inſtituta erat tantùm palliativa, quoniam morbus erat hereditarius, quippe præcipue ſcribit elegantiſſime & verè *Aretæus* 2. *Chronic.* 12. Ἢν ἡ νόσος χρόνῳ κρατυνθῇ, ἀνόνητος ἡ μελέτη. *Si morbus, inquit tempore invaluerit, aura & induſtria parum prodeſt;* Item medicamenta interna, ut taceamus externa, difficulter ad pulmonis ſubſtantiam ſpongioſam minusque carnoſam & ſemper mobilem afferebantur, ob continuam in- trans- & exſpirationem non ſolum, ſed & ob efficaciam & longas ambages illorum prius in Ventriculo, poſtea ex illo ad pulmones, unde medicamenta efficaciam ſuam ferè perdiderunt, motus quoque pulmonum perpetuus curationi ulcerum obſtat, & aër, humorum commiſtorum, vel rectius corruptorum mater, ulcus ipſum ſenſim ſenſimque extendit; denique contraindicantia & oppoſita ſunt, ulcus vult abſtergi, exſiccari & conſolidari, corpus autem totum, quod à febri hectica in hoc malo quottidiè vexatur & exſiccatur, medio modô humectari, aliàs ſudores nimii & alvi fluxus induci poſſunt. Vomitus volunt ſiſti frequentes & corpus pulmonum rarius & debilius, quod motione continua & agitatione ingenti noxam infert; è con-

tra tuſſis humida vult promoveri & ſiſti debitâ ratione, aliaq; plura haud ſunt cogitanda. Ad curationem autem phthiſeos ipſam progredimur, quæ è triplici fonte depromitur *Chirurgico* puta, *Pharmacevtico & Diætetico.*

Ex *Fonte Chirurgico* primum ſe exhibet Venæſectio, licet in phthiſi hereditaria minus tuta ſit, quia Spiritus vitales jam perturbatos magis magisque irritat & debilitat, & *Borell. Cent. 4. obſervat.* 15. ſubtractionem iisdem phthiſicis rarò, aut nunquam ſalutarem, ſed potius ſangvinem infundendum, imo Q. E. ſangvinis propinandam, quam quicquam detrahendum eſſe monet; nihilotamenminus, quia ex duobus malis minus eſſe eligendum ſtatuimus, præterea noſtra ægra plethorica videbatur, & dolor thoracis pungitivus præſtò erat, in latere inprimis ſiniſtro adeò, ut reſpirare illa ferè nequibat die 14. Octobr. *Mediana Vena* felici cum ſucceſſu in ſiniſtro cubito ſecabatur, & ita dolores ſenſibiles cum εὐφορίᾳ ægræ ſiſtebantur & mitigabantur, reſpiratio quoque ſine dolore fieri poterat. Et cum dolores die 27. Jan. 1707. in latere ſiniſtro pectoris pungitivi imminuerent periculum haud parvum, *Vena Baſilica* cubiti ſiniſtri, mediocriter emiſſa felici non absque ſucceſſu & emolumento inſtituebatur, quia partim ſangvis ex utero acris, ſalſus & fervidus ſuperiora tendens imminuatur, ne ſuppurationem quoque nimis ſubire, & partim, ne vaſa ob acrimoniam & ſalſedinem ſuam rumpere poſſit. Hujus rei exemplum notatu dignum *Cous l.* 5. *epidem. c.* 6. in medium profert & dicit, virum in Oeneade ſola ſecta vena in utraque manu, ſangvineque extracto perfecte reſtitutum eſſe, quod autem hoc loco cum grano ſalis eſt intelligendum.

Ex *Fonte Pharmacevtico* ſumſimus varia remedia huic morbo graviſſimo convenientia, quæ inter primum ſeſe offerunt materiam peccantem & morboſam, hoc eſt, particulas acres & bilioſas ſangvineas è toto corpore, partim ſenſibiliter, partim inſenſibiliter *Evacuantia & Abſorbentia*; ſunt autem in principio hujus morbi *Diaphoretica* ſ. *Bezoart.* ut ſequ.

Recip. Tinct. Bezoard. Wed.
CC. philoſ. ppt. à ℥ß.
♁ diaph.

Antih.

Antih. Pot.
Bez. ℥ial. à ℈ſ. M, D.
S. Bezoar-Pulver auff etliche mahl.

Verumenimverò bene obſervandum nobis eſt, ne nimis in phthiſi hereditaria ſ. confirmata & perfecta Sudorifera volatiliora crebrò adhibeamus, quæ ſerum nimis fundunt, vel diſſlant, ſangvinem & ſpiritus acres & ferociores adeò reddunt, ne vires totius corporis proſternamus, ſudorem colliquativum pro tempore injuſto & conſequenter extenuationem ſ. maciem inducamus.

Purgantia propriè ſic dicta, ut & *Lenientia*, quæ primarium aliàs locum in methodo medendi habent, phthiſicæ noſtræ haud conveniunt & huc quadrant, quia humores maxime turbant & abſumunt, ſpiritus intenſiores reddunt, & diarrhœam facilè excitant, quia bilis eſt hôc loco fervidior & acrior, quæ valdè ſuſpecta eſt in illa, præterea noſtra ægra ad alvi profluvium proclivis admodum fuit.

Vomitoria ſimili ratione ſuſpecta videbantur, licet ſaburra in primis viis potuerit æque eliminari è corpore, tamen ſec. *Coum lib. 4. aph.* 8. in pulmonum debilitate & exulceratione haud facile ſint admittenda: Τὰς δὲ φθινώδεας, ὑποστελλομένους τὰς ἄνω (φαρμακείας.) *Sed tabidorum ratio eſt habenda, ne purgationem iis per ſuperiora unquam moliendam putes*, cumprimis autem, quando ægra vomitu frequenti ſic laborabat, ut illam ſiſtere, vel ad minimum minuere nos oportuiſſet ob pulmonum continuam agitationem & ſic metuendam fibrarum ruptionem & ulceris dilatationem, quare plus nocent in principio quoque hujus phthiſeos, quàm proſunt; pulmones enim non temere ſunt irritandi, ne periculum reddamus majus, adeò, ut mors ipſa ſequatur neceſſe eſt; cujusmodi exemplum ante quatuor, vel quinque menſium ſpatium in vicinia noſtra, urbe nempe Muſcovienſi in quodam Sartore phthiſico factum eſſe refertur, cui *Emeticum* quoddam medicamentum ab illius loci ſupra memorati balneatore propinatum fuit haud ſine damno maximo, quippe ſartor in momento poſt tale aſſumptum & adhibitum Vomitorium vitam cum morte commutavit, qui aliàs multos per annos ætatem ſuam agere potuiſſet.

Diuretica media & impropriè talia, quæ ſerum aliqualiter fundunt, adhibuimus, qualia ſunt *Acitoſa mucilaginoſa* ▽ *fragor. veron. cerefol. 4. ſem. frigid. maj. & Emulſ.* temperantes & humectantes; Acidulæ ⊕latæ, ⊖na & ⦶ſa, quæ pulmones irritant & deſtruunt, ſunt planè omittenda.

Alterantia, ulcera Abſtergentia, pectoralia, balſamica, Demulcentia & Conſolidantia interna quoque, quæ febri hecticæ aliisque ſymptomatibus contraire poſſunt, quæ acrimoniam ſeri & ſangvinis obtundunt & expectorationem juvant, adhibita fuêre, talia erant ſequ.

Recip. Rad. glyz. alth.
ſcorz. trifol. fibr.
ſymph. à ℥ß.
hb. coſt. tuſſilag.
pulmonar. veronic.
ſcord. verben.
fl. ſcabioſ. fl. 🜍eo à Mß.
bellid. pap. rhœad. à p. ij.
jujub. ſebeſt. à ℥j.
aniſ. Turcic. ʒß.
Croc. ℈ß. C. C. D. in charta, ut fiat
Decoctum. Coqu. in ſ. q.
▽ ſimpl. recip. gr. Kerm. ʒj. M.

F. Kräuter-Tranck dann und wann davon zu trincken.

Decoctum pugillare non erat contemnendum ex *rad. hel. glyz. polypod. liquirit. & parum cinnamomi, ſemin. aniſi, nigell. & coriandri.*

Recip. Sirup. de ſymphyt.
papav. rhœad. â ℥ß.
Looh de pulm. vulp. ℥ß.
Specier. diatragac. frigid.
Pulv. *haly* recent. contra phthiſ. à ℈ijß.
Chin. d. chin. ℈j.
Elix. Pectoral. *Wedel.* ʒß. M. F.
Looh. D.

S. Dicker Safft eine Meſſerſpitze Morgends/ Mittags / Abends und des Nachts davon zu nehmen.

Recip. Conſerv. herb. coſt. roſar. rubr.
ſcord. à ℥j.
Pulv. *Haly* recent. c. phthiſ. ʒij.
Cort. chin. de chin. ʒj.
Extr. ſcabioſ. bellid.
ſarſæparill. à ℈ß.
Antiheɛt. *Poter.* gr. xvi. M. f. l. a.
Electuarium D.

S. Lattwerg davon nach Belieben etwas zu gebrauchen.

Recip. Rad. glyz. ſymph.
polypod. ſcorz. nymph.
Hb. ſcord. tuſſilag.
pulm. lichen. à ʒj.
fumar. ſalic. fl. ♀eo.
Hb. nummular.
Cort. chin. d. chin. à ʒß.
ffri canth. ad p. o. M. f. pulv. D.

S. Pulver zwo Meſſerſpitzen bloß / oder in keinen Löffel warm Bier täglich zu nehmen.

Recip. Looh ſan. & expert.
de pulm. vulp.
de pineis à ℥ij.
Pulv. Haly rec. cont. phthiſin ʒiij.
Sirup. de hed. terreſtr.
jujub. à q. ſ. ad conſiſt. D.

S. Safft wieder die Schwindſucht.

Ad febrilem hecticum calorem temperandum & vitales Spiritus roborandos & confortandos ſequentia adhibuimus remedia:

Recip. ▽ fl. nymph. ſemperv.
lich. à ℥iß.
Cinam. ʒij.
Sirup. de nymph. corall. à ℥j.
Tinct. viol. roſ. à ʒj. M. D.

S. Küh-

S. Kühlend- und Hertz-ſtärckender Tranck.

Recip. Conſ. viol. violar.
bugloſſ. à ℥ß.
Sirup. hed terreſtr. q. ſ. M. f. l. a.
Elect. D.

S. Hertzſtärckende Lattwerg.

Recip. Spec. diamargarit. frigid. ℥ij.
Antihect. *Pot.* ʒiſs. D. in ſcatul.

S. Nehrendes Stärck-Pulver eine Meſſerſpitze davon zu nehmen.

Travmatica, Pectoralia, Antiſcorbutica temperata & Refrigerantia profunt qvàm maximè.

Rec. Elix. Pectoral. ʒij.
Eſſ. Theriacal. balſam. ʒj.
lign. aloës Travmat. à ʒß. M. D.

S. 30. Tropffen von dieſer Bruſt-Mixtur morgends umb 8. und nachmittags um 3. Uhr in einen Löffel warm Bier zu gebrauchen.

Recip. Tinct. ♂ cydoniat.
▽ ſummit. pini à ʒij.
Arc. ♀ ʒj. M. D. 20. Tropffen.

Recip. Conſerv. roſ. rubr. viol. à ℥j.
ſcord.
pap. rhœad. à ℥ß.
ſcabioſ. ℈ij. M. D.

Plurimi Medicorum multum ad curationem quoque phthiſeos facere Lac, aſſerunt idcircô, quoniam valdè nutrit, ſi nempe benè concoquitur, ſuccum (καλῶς πεφθὲν γάλα τρόφιμονˈ ἐστι κὶ εὔσχυμον) corpori præbet laudabilem, & acrimoniam temperat ſangvinis bilioſi, quæ in cauſa eſt ulceris & impedimento, ut totum corpus conſumatur, caprillo præcipuè quoque recens emulctô & cum ſaccharo roſato præbito, tamen reſpectus habendus erat, *teſtante Hippocrate Lib. 5. aph. 64.* ad febrim lentam, uſi ſumus,

Non omittenda ſunt *Opiata*, narcoticam, paregoricam & anodynam naturam poſſidentia, à quorum uſu phthiſicos diutius foveri, nunquam autem ferè propter altius impreſſas avitæ conſtitutionis radices curari poſſe, αὐτοψία loquitur, & quidem non ſine cau-

ſa.

fa. Solent enim iſti plerumque defluxionibus divexari tenuioribus, eas autem Opiata ob calidiſſimas ſuas qualitates, quæ ex ſapore & effectu quoque cognoſcuntur, dum guſtu amaricante illa non tantum percipiuntur, verum etiam acria ita, ut pauca in ore detenta lingvam & palatum exulcerent, ſiſtunt & conſumunt; ſed ſumma cum cautela omnia peragenda, & niſi minima & refractâ doſi vel cum oxymelite & aceto ſcillitico, aliisque Sirupis, ſive Looh expectorantibus exhibenda, aliàs Opiata ſola interne facta tuſſim inveteratam & reſpirationem difficilem, nullis præſertim reſpondentibus viribus, non leniunt & moderant, ſed multo potius anguſtiam pectoris mediocriter condenſando adaugent. Idcirco opiatorum uſum, neceſſitate ſumme urgente in praxi noſtra devitare in doſi præſertim largâ ſolemus, quippe fama & vita pari paſſu ambulant, aliquando enim ex eorum adhibitione aliquid fructuoſi & utilis efficitur, multoties autem contrarium evenit, unde non ſolum adſtantes & præſentes, ſed & Medicus ipſe ſæpius expaveſcunt, & mox culpa huic medicamento à perito & imperito, ab utroque ſexu, â literatis & illiteratis, â ſummo & vulgo attribuitur. Et ſi vel maximè perſvaſum habeamus multos Medicorum mihi aliàs cariſſimorum & notiſſimorum ad Opiata, tanquam ad ſacram Anchoram & aſylum refugere; nihilominus tamen, dum Charybdim evitare voluerunt, inde in ſcyllam incidiſſe putaverimus; exempla enim narratu ſunt odioſa. Unicum tantum de quâdam muliere narrabimus, cujus infantem vigiliis nimiis laborantem ex officina noſtra præſcripſimus inter aliam mixtionem & compoſitionem quoque de Eſſentia Anodynæ gt. ij. ſaltim & quidem cum fructu optimo; Alio vero tempore etiam accidit, quod puella illa febri acuta laboret, mater in officinam noſtram redit, formulam à nobis jamdudum præſcriptam in priori morbo á pharmacopœo deſiderat iterum præparare; cum autem hanc medicamenti præparationem accepiſſet, 20. gtas illi propinaverat, & infans ſtatim dormire inchoaverat, & per quatuor vel quinque dierum ſpatium & quidem ſine ſenſu, ſine motu continuaverat, poſtea vero, nobis accerſitis, alia medicamenta propinavimus, de quorum uſu aliquo modo excitare ſolebat, ſed tamen fruſtranea exiſtimabantur, dum, epilepſia ſuperveniente, poſt aliquot dies vitam cum morte ægra commutabat.

Topica

Topica haud erant contemnenda vel negligenda, quæ dolores thoracis & dorſi ſimul graviſſimos mitigant, ut ſunt ſequentia:

Recip. Ungt. reſumptiv. ℥j.
🜔 amygd. dulc. ʒß. M. D.

S. Bruſt-Sälblein.

Rec. Mucilag. ſemin. pſyll. c. 🜄 viol. à ℥j.
Pingved. canin. ʒj.
but. recent. ʒij.
🜔 amygd. dulc. ℈ij. M. D.

S. Sälblein zum Rücken.

Obſervandum autem bene eſt, ne ſpiritus & olea phthiſi laborantibus internè propinemus, quippe pulmonibus maxime nocent, febrilem calorem lentum, ſive hecticum haut temperant, ſed augent & intendunt, totamque machinam Microcoſmi conſumunt. Novimus etenim quendam Virum integerrimum phthiſi laborantem, qui ſvaſu vetularum nonnullarum 🜔 aniſ. utebatur, ſed ſuffocaret neceſſe erat in aliquot diebus.

Ex *Fonte Diætetico* in *Vitali Aër* non nimis ſit ſiccus, denſus nebuloſus, ſed temperatus; non nimis calidus, quia phthiſicæ noſtræ valdè nocuit, reſpirationem enim reddidit difficiliorem; non minus frigidus, ſed ſvavis magis.

In *Naturali Cibus* erat paucus, coctuque facilis, ut ſunt carnes vitulinæ, agninæ, boum, gallinarum, cancri fluviales, ova ſorbilia &c. Vitabantur inprimis Acida, infumata, ſalſa muriatica, nimis aromatiſata, nimis humida. *Potus* erant non Rhenanum vel Francicum vinum, ſed Decoctum hordei, decoctum pugillare, potiunculæ, lac caprinum, *ſed certò reſpectu*, cereviſia hordeacea & aliquando cereviſia ſecundaria e tritico parata, à triticea cereviſia vehementer abhorrebat ægra.

In *Animali Motus* haud ſit exceſſivus, quæ debilitat ſpiritus & humidum blandiens abſumit; *Quies* magis erat, quam par ob vires aliàs imbecilles. *Somnus* ferè nullus, & Vigiliæ nimiæ erant, interdum tamen moderatæ. Ultimo animi pathemata non infimum locum in phthiſicis habent, & inter alia *Ira* vehementiſſima, illis aliàs communis, planè eſt extirpanda.

S. D. G. P. C. G.

CASUS MEDICUS IIus.
DE
VIRGINE IN INCENDIO SPREMBERGENSI A FVMO TETRO ET VAPORE QVASI MORTUA.
PROOEMIUM AD LECTOREM INTEGERRIMUM.

SUbitaneos morborum Caſus in hâc mortalitate penes hoc vel illud Subjectum nemo prædicere, multò minus tempus fixum & horam certam, pariterque finem vitæ ejus determinatum adjicere potis eſt, numerus enim Morborum, totum corpus humanum ab incunabulis ad ultimum usque halitum ſic exponentium, ut *Auguſt. de Civit. Dei lib.* 22. *c.* 22. ſuffragio vix libris adhuc ſit comprehenſus, innumerus & ratio mortis invenitur non immeritò in Machina Microcoſmica diverſiſſima.

Maxima verô morborum pars ex Rebus Nonnaturalibus vel ritè haud inſtitutis, vel penitus denegatis origine gaudet ſua, præ cæteris non infimum locum ex illis haberet, morborum quaſi omnium vehiculum, Aër, homini maximè neceſſarius & inevitabilis, ſiquidem aëris plena ſunt omnia, ejusque plenum eſt corpus humanum. Cibo & potu, ſomno & vigiliis, motu & quiete, reliquisque, excepto aëre, aliquot per menſium, dierum & horarum intervallum carere poſſumus; verumenimvero ne momento ferè ſoſpes & in-

columes homo, & quidem in utero materno clauſo jam manere non nequit, ſi aër, quocunque fiat modo, illi denegetur, quemadmodum Medicorum *Princeps Hipp. de flatib.* dicere haud dubitavit, morbos vix aliunde, quàm ab aëre oriri.

Sanus autem dicitur, qui aërem purum, temperatum & transmeabilem attrahere & exſpirare poteſt, cæteris paribus, aëre enim mediante quoque vivimus, ſumus & nutrimur; Ex adverſo vocatur ille æger, qui aëre puro, temperato ſufficiente ad pulmones & cor & ſpiritus præ reliquis omnibus inſpirando, trans- & exſpirando recreandos & tepefaciendos ſic orbatus, ut peripnevmonia, aſthmate, phthiſi, orthopnœa, febribus malignis & contagioſis & ſimilibus morbis laboret neceſſe eſt; aërem enim vel nimis ſubtilem, verbo, ætherem reſpirationi & motui ſimul vitali neque ſufficere, neque conſequenter vitam, ut animalis alicujus, ita hominis diutius conſervare, ut taceamus longævam reddere, unicuique haud ignotum eſt & perſpectum; Experimentum per Antlicam pnevmaticam *Gerikenii* extra omnem controverſiæ aleam in præcedente *Caſu Med. noſtro de Fœmin. phthiſ. labor. hered.* expreſſis verbis prolixius paullo demonſtravimus & poſuimus; Sic quoque in excelſioribus montium cacuminibus ob aëris æthercam ferè ſubtilitatem homines non facilè tranſeunt, aut diu nimis commorantur, dum atmoſphæræ pondus in altiſſimis montium faſtigiis, non procul infra limites ejus poſitis, auræ in lobos & vaſa pulmonaria adigendæ tantillum eſt, nec ſufficit.

Sicuti quoque *Auguſtinus* dicit *l. 3. de Geneſ. c. 2.* perhiberi, in vertice Olympi aërem eſſe adeò tenuem, ut neque aliter ſuſtinere valeat, neque ipſos homines, (ſi qui forte vel ſacrificandi, vel inſpiciendorum cauſa illuc aſcenderint,) craſſioris auræ ſpiritu alere poſſit, eosque ferre ſecum ſolitos ſpongias plenas aqua, unde ſugant, itentidem humorem ad refrigerandum Cor; aliter enim ob ſummam illius aëris tenuitatem & ſiccitatem vivere non poſſent; ſuprema etenim aëris regio, ultra quam ejus natura poſtulet, calida eſt (1) ob ignis vicinitatem, (2.) ob flammulas, ab igne nonnunquam, ut quidam volunt, decidentes, (3.) quia exhalationibus calidis eò ſubeuntibus aſſiduè conſpergitur. (4.) Quia cœli & ignis

cir-

circumvectione, quæ calorem ciet, continenter rapitur. (5.) exemplo poteſt probari quoque montis Olympi, qui eſt in *Theſſalia* & Athonis montis, qui in Macedonia ſitus, in quorum cacumine ferunt cineres, relicto toto anno, nec ventis difflari, aut diſſipari, nec imbribus elui. quo pertinet illud *Lucani:*

Nubes excedit Olympus:
pacem ſumma tenent.

Vel, ficut aërem impurum, & fumis tetris & vaporibus fœtum, motum & expanſionem pulmonum & reliquorum organorum, reſpirationi dicatorum facilè inhibere, reſpirationem ferè in totum impedire, reſpiratio enim fieri nequit, immotis pulmonibus, & conſequenter ſuffocationem interdum reſpectivam, ſi vero aliàs ſuffocationem dixerimus, præſentiſſimam mortem dixerimus, aut lethum ipſum quaſi inferre, duos ante annos, & quod excurrit, proh dolor! ſummo cum multorum dolore & terrore αὐτοψία nos docuit. Quod autem exemplum triſte & terroris pleniſſimum, in hiſtoria mox ſequenti narrandum, occaſionem publicis juris faciendi & ſimul Jehovæ ter optimi ter maximi omnipotentiam ſingularem, & in debiliſſimis & quaſi mortuis auxilium magnum ubique terrarum, ut in aliis multis periculoſiſſimis morbis, ita in hoc caſu rariſſimo cumprimis, prædicandi, nobis dedit quàm commodiſſimam. Faxit igitur ſupremus, ut omnia in immortalem divini Nominis gloriam, & omnium noſtrûm mortalium emolumentum vergant & conſiderationem.

HISTORIA.

Poſteaquam per totam ferè Europam notorium eſt, pœna graviſſimâ & conſilio Dei ſapientiſſimi juſtiſſimo & inexpiſcabili, ut & hominibus malis, proh dolor! urbem Sprembergenſem d. 30. Jul. Anno 1705. erat dies Jovis, circa horam ſecundam & tertiam pomeridianam, qua plurimi hominum ad agros pedem figere & meſſes frumenti hybernalis, benedictione Jovæ omnipotentiſſimi largâ expedire, illisq; frui incipiebant, ignis furore rapidiſſimi conſumptam & in cineres fuiſſe reverſam adeò, ut tantum tres domus parvæ prope mœnia ædificatæ manerent ab incendio tantô ſalvæ & illæſæ; Caſus hîc notatu digniſſimus & doloris terrorisque ingen-

tis pleniſſimus accidit, Virum integerrimum & honeſtum unà cum Conjuge, duobus filiis & duabus filiabus rebusq; domeſticis, excepto adhuc unico filiô abſente, in curiæ cellam, habitaculum enim illis erat in hypocauſto quodam ſupra iſtam cellam, tunc temporis feſtinâſſe, quô ignis furibundus & rapidus ferme Curiam circumdederat, ſpe tenentes omnes certiſſima firmiſſimaque, futurum, ut DEI maximi, Adjutoris noſtri unici in calamitate & anxietate, auxilio mediante in illa cella tam munita optimè ſalvi & illibati ab ignis furore rapidiſſimo & vehementiſſimo evaderent; ſi l. maximè videretur unicuique benè actum iſtud fuiſſe; nihilo tamen minus è feſtinatione magna & ſimul fortaſſe terrore iſtius cellæ foramen quoddam ſub curiæ turri abſconditum, nec probe obſervatum, quippe piſtores ſimiles & panes in iſto loco venditare amabant, adeoque non commodè iſtud foramen cernere, vel ad hoc cogitare poterant, benè cuſtodire & ſtatim cæmento, vel alia materia, quæ illis forſitan ad manus eſſe potuit, obſtruere obliti erant, ne fumo, vapore, & ardore maximo, ſuffocationem omnes paterentur ſubitaneam; Verum enim verô ſpes hauſta miſerrimos & infeliciſſimos vitam in tam tenebricoſo loco præ igne furibundo ſalvando & conſervando diligenter quærentes quidem, non tamen invenientes, maxime fefellit, dum mediante non tantum domus ex oppoſito iſtius foraminis ſitæ, ſed etiam curiæ ipſius & imprimis hypocauſti infelicium ſupra cellam ab igne conſumtione, ignis ardor inſignis & tetri fumi & vaporis copia, partim à domo iſtius ad turrim & foramen illius cellæ, partim hypocauſto ipſo, per januam cellæ interiorem affectans & tendens tum Virum candidum & conjugem, tum filios duos & filiam natu maximam miſerrimè ſuffocavit; & cum familia iſta ferme tota die ſequenti 31. nempe Julij à filio adhuc unico aliisque benevolentibus, patrem ſuum, matrem, fratres & ſorores, bonosque Amicos ſimul quàm diligentiſſime ubique quærentibus, haud ſtatim inveniretur, exiſtimabatur certô certius, ſe omnes in cella curiæ forſan abſcondidiſſe, quæ opinio haud inanis erat, quia jam mortui à cella brevi poſt adportabantur, excepta unica filia, annorum quatuordecim, & quod excurrit, *Maria Chriſtiana Piskeria*, teneriore textura, temperamento ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ *ut plurimum*, aut magna ex parte

parte phlegmatico gaudente & ab infantia adhuc usque ſemper ægrotante, illa quoque pro mortua apportabatur & putabatur, ſine ſenſu, ſine motu; facies illius erat ὀργασμῶδες & tumefacta, livida & mortis æmula; pari ratione oculi cum palpebris quoque tumeſcentes non mediocriter; nullus pulſus ſenſibilis, vel potius tactilis videtur. Os & dentes firmiter clauſi fuerant; ore vero vi aperto varia medicamina illi propinabantur, neſcio à quo, tamen omnia fruſtranea & inania putabantur; ſine ſenſu, ſine motu manebat ægra noſtra, ita, ut omnes adſtantes de reconvaleſcentia illius valdè dubitare inciperent, donec quoque ad mortuos aſpiciendos cum fœmina noſtra b. accedebamus æque ac illam, & aliqualem reſpirationem per nares in iſta quaſi mortua vix ac ne vix quidem obſervabamus, tamen nullum velle erat in nobis ullum medicamentum illi propinare ob varias cauſas prægnantes; quoniam verò adſtantes valdè ſoliciti erant & ſimul, nobis inſciis noſtra medicamenta apportabantur, ægrotæ primâ vice Spiritus ⊕l. guttas tres ſine vehiculo quodam illi propinavimus, aſt fruſtranea videbantur omnia, attamen haud intermiſimus altera vice tres guttas Spiritus ⊕l. rurſus adhibere, in momento ſpumeſcentia oris ita apparebat, ut ſpes nobis eſſet haud minima de ægræ reconvaleſcentia, tertia verò vice tres guttas de de eodem Spiritu non ſatis laudando iterum dedimus, & poſtea manu noſtra dextra illius naſum aliquoties apprehendimus & fortiter compreſſimus, ſperantes, fore, ut è naribus ſangvinis evaderet fluxio aliqualis, dictum, factum, præterea dextrum oculum ægra noſtra aperire ſtatim inchoabat, adeoque, obſervato denique diætæ regimine, quantum temporis fieri potuit, bono cum DEO, tantum 9. gutt. Spiritus ⊕l. feliciſſimè ſic curata erat, ut usque in hunc diem inter vivos numeretur.

Summus enim Fabricator machinæ microcoſmicæ noſtræ, videns reſpirationis neceſſitatem, uti reſpiratio, vel aëris attractio tam neceſſaria eſt, ut ſine eadem vivere nequeamus, & ſi cui reſpiracio deficit, protinus debilitatur & calor ejus inflammatur, pulmones Cordi, ſoli parvo in corpore condito per ſubtiles Spiritus, qui in eodem ex ſangvine generantur, mediantibus arteriis, calorem, vitam & vigorem omnibus partibus tum majoribus tum minoribus communicando & conſervando, reſpiratione calorem ejus excedentem temperando

perando & recreando, pulmones, dicimus, cordi conjunctos & connexos fabricavit, qui originem de ſubſtantia ſpongioſa & perforata, more calamorum cartilagineorum, & ſe dilatando magnam aëris copiam per fiſtulam gulæ trahunt, more follis, qui alias Cordis ſubſterniculum, & culcitra dicuntur, quibus ſe Cor *ἀρχὴ καὶ πηγὴ τȣ͂ αἵματος ἢ ὑποδοχὴ πρώτη,* Origo & æque fons ſangvinis, aut conceptaculum primum cum ſpiritibus ſuis, ut ſupra laudatum, recreat ac renovat: poſtea ſeſe claudendo & demittendo vapores fuliginoſos, & aduſtos à calore vehementiori prodeuntes rejiciunt. Quando autem reſpiratio, vel attractio aëris ab externo vitio, fumo tetro nimirum, & vapore magno alteratur, humores & ſpiritus clari & puri ab illa impuritate & terreſtreitate aeris obfuſcantur & inficiuntur, ſangvinisque refrigeratio & ventilatio vel corroboratio ad calorem inſitum conſervandum inhibetur, pulmones & Cor principaliter omninô lædantur & corrumpantur adeoque per conſequens ſuffocatio oriatur neceſſe eſt.

Verumenimverò ſuffocationi, hâc anſâ data commoda, obviam ire in ægra noſtra curationem citam inſtituimus & illi propinavimus Spiritus 🜔li gtas novem; Et ſic igitur de Spiritus 🜔l. uſu h. l. interno, virtutibus & qualitatibus aliquid breviſſime conſiderandum expendendumque nobis venit. Hic enim Spiritus *incidit*, *abſtergit* & *attenuat* craſſam, viſcoſam, fumoſam & vaporoſam materiam, *aperit* poros cutis & meatus urinæ & *expellit* ſuperfluos humores; *refrigerat* inſigni ſiccitate non *δευτέρως*, *ſecundario* & potentia & *κατὰ συμβεβηκὸς per accidens*, ſed *πρώτως καὶ κυρίως*, *primario & ſtricte* vel *actu*, calorem præternaturalem, & ſitim inextingvibilem ferè mitigat; putrefactionem humorum omnem vi balſamica *prohibet*; ob blandam & moderatam adſtringendi qualitatem partium tonum relaxatum *corrigit* & Cor & pulmones, ut taceamus alia membra interna valde *corroborat* & affectibus illorum *medetur*; aciditate grata *appetitum excitat* & ciborum concoctionem *promovet*, ad mixtionem & compoſitionem aliorum medicamentorum variorum adhibendam & gratum ſaporem in illis *excitandum*, eorumque durationem efficiendam, in uſu eſt. Doſis varia eſt & quidem p. r. n. in robuſtioribus major, in debilioribus, imò debiliſſimis & quaſi mortuis

tuis eò minor adhibetur, nos tres guttas una vice dedimus ægræ, altera & tertia itidem & ſine δυσφορία ſumma, verbo, nullum medicamentum magis inciſivum, attenuans aut deterſivum, aut quod viſcidam, craſſam & fumoſam materiam magis evacuare poſſit, unquam invenitur, quò multi deſperati & phlegmate à ſtomacho ad fauces quodammodo repleti, & penitus ſuffocati feliciſſimè ſunt reſtituti. Impræſentiarum provoco tantum ad exemplum noſtrum ſupra ſatis abundeque deſcriptum, de aliis ne dicamus, quibus uſum Spiritus ⊕l. ſingularibus laudum encomiis ad aſtra evehendi internum feliciſſimum in hoc Caſu demonſtrare potuiſſemus.

Interim tamen Exempla varia de Suffocatione à vapore & fumo, qui imprægnat aërem in domorum incendiis apud Autores multos legenda ſunt, & ſi vel maximè nonnulli in loca ſubterranea, in cellas nimirum deſcendant, ubi aër alioquin ſatis frigidus eſt, (ni vapor & fumus ſimul in eſt illis) qui ſuffocationem itidem cauſatur tamen in illam incidiſſe ſcribunt *Borell. C.* 2. *Obſerv.* 4. *Zwing.* Theatr. V. H. p. 510. aliique.

Simili fere ratione civis quidam circa horam decimam veſpertinam die 30. Julii 1707. ſtatim poſt urbis incendium cellam ſuam introit, via veluti ignea ad illam extincta aquâ, introſpiciens cupidiſſime, an res domeſticæ in iſtam feſtinanter injectæ & cuſtoditæ præ incendio adhuc in ſalvo ſint annon! aſt vix à ſuffocatione liberatus fuit. Item eodem die ancillæ domeſticæ alicui attigit, quæ ferme in cella quoque â fumôsô & vaporoſô halitu ſuffocationem paſſa fuiſſet. Id quod multis perſonis poſt ſtatim factum urbis Camentianæ celeberrimæ incendium vehementiſſimum hôc annò pari modo ſuprà memorato refertur accidiſſe.

De Suffocatione â variis cauſis orta accuratius & prolixius paullo *leg. Plat. lib. obſerv. p.* 16. 185. *&* 172. *Zacut. Luſit. de princip. Med. hiſt. l.* 1. *Obſerv.* 10. *Panaroll. Obſerv. Med. Pent.* 1. *obſerv.* 19. *Schenck Obſervat. lib.* 2. *obſervat.* 19. *pag.* 213. *Ephem. Germ. Curioſ.*

rioſ. Dec. 1. Ann. 2. Obſervat. 153. pag. 240. & ſeq. Solenand. Conſ. Med. 6. ſect. 5. Camerar. Opera ſubciſ. Cent. 1. cap. 27. Georg. Agricol. de Re Metall. lib. 6. pag. 172. Georg. Wolff. Wedel. in Pathol. Dogmat. pag. 297. Horſt. pag. 2. obſervat. 28. Tulp. Obſervat. lib. 3. cap. 41. Foreſt. lib. 15. tit. 2. qu. 11. & Tom. 3 conſ. 19. & 44. Salmuth obſervat. 40. c. 2. Schneid. lib. 2. ſect. 2. c. 1. p. 248.
aliique plures.

FINIS.

Epiſtola I.

VIR
Prænobiliſſime, Ampliſſime & Excellentiſſime,

Patrone & Fautor multum Colende,

TUam in me benevolentiam & favorem non minimum, Vir Excellentiſſime, ſatis ſuperque mihi notum duxero, ſiquidem idcirco ſemper me devinctiſſimum & promtiſſimum in TE Tuamque familiam celeberrimam reddere allaboro. Memini aliquid *de VSe, num in quaſi mortuis & fere ſuffocatis â vapore & fumo illa jure merito & ſine periculo vel ἀσφυξία ſumma locum habeat, annon?* TE præſente, *Vir Excellentiſſime,* nuperrime dixiſſe & absque Te ſententiam & judicium Tuum acutiſſimum de hâc materia & quæſtione difficili officioſiſſimè petiiſſe, haut gravatim, ſi tempus vacat, litteris nonnullis docta conſcriptis Minerva, Muſarum Præſide, mihi communices, quippe opuſculo meo exiguo hanc ſententiam Tuam, *Vir Excell.* inhærendi animum induxi. Interim, ſi litteras quasdam mihi adſcriptas â *Magnif. Domino Wedelio* Reſponſorias acciperes, ut illas transmittas, eſt mei, quod amicè rogo. Vale ex voto & fave. Raptim Spremb. e muſeo d. 24 Aug. 1707.

Vir Excellentiſſime

Officioſiſſimo

K Joanni Crügero.

Epiſtola II.

Vir Prænobiliſſime, Ampliſſime & Excellentiſſime, Fautor & Amice Colendiſſime,

SPe nitor firmiſſima & infallibili, futurum, ut Epiſtola mea die 24. ſcripta à Domino Euhrigio, Muſico ibidem in optimo ſtatu & ſanitate exoptatiſſima TIBI, *Vir Excellentiſſime,* certiſſimè ſit tradita, adeoque reſponſionem ad petitum meum obſequioſiſſimum mihi adſcribas, perquam officioſe rogito. Licet mihi ſatis abundeque Tua negotia graviſſima tum publica tum privata duxero haut ignota; nihilominus tamen me haberem feliciſſimum, ſi petitis meis haud gravatim gratificareris, & à negotiis breve ad tempus Tuis, *Vir Excell.* evocareris. Occaſionem autem exarandi litteras aliquales & lætitiam creandi pariter mihi dedit non minimam Dies 12. Sept. h. eſt Tuus, *Vir Excell.* Onomaſticus, quô non potui non, illam quin obſervanter arriperem TIBIq; de illô gratularer die ſimul. Gratulor itaque inquam, & ex cordo exopto, ut Jova ſummus ad Neſtoros annos TE, Familiæ Tuæ celeberrimæ Fautorumque aliorum Tuorum bono, ſalvum, ſoſpitem præſtet & conſtantem, ut Diem illum Onomaſticum ſummô cum gaudio in DEI AMORE ulterius celebrare ſinat, ut infortunium omne ab altero ad alterum annum, imo vitæ per tempus, quod machinæ microcoſmicæ in hâcce calamitate alias accidere ſolet, à TE, *Vir Excellentiſſime,* Tuisque cariſſimis avertere velit, quò Orbis Eruditus Medicus de Tuo conſilio & ope ulterius gaudere poſſit ſaluberrima, quoque orbis ægrotans maximo non ſine emolumento officio Tuo iſti ſemper neceſſario & utiliſſimo uti queat. Interim vale ex voto & ama. Spremb. die Tuo Onomaſtico, quem Tibi præ aliis Deus T.O. Maximus largiſſimè benedictum velit eſſe 12. Sept. 1707.

Vir Excellentiſſime, Tuum devinctiſſimum Clientem

Johannem Crügerum.

Viro Prænobiliſſimo, Ampliſſimo & Excellentiſſimo, Dn. Domino *Gottlieb Budæo,* Medicinæ Doctori celeberrimo, Archiatro Ducali Saxonico quam graviſſimo, Phyſico Provinciali in Luſatia Superiori famigeratiſſimo & S. R. J. Acad. Nat. Curioſ. Collegæ Primario.

Domino Fautori & Amico meo Colendiſſimo

Budiſſæ.

Reſponſio ad I, & IIdam Epiſtolam.

Nobiliſſime, Ampliſſime atque Experientiſſime, Fautor & Amice honoratiſſime,

QUod ad binas Tuas gratiſſimas hactenus non reſponderim, negotia mea & itinera reiterata impediverunt. Quare non ægrè feres, quòd ſerius Reſponſorias has legere detur. Gratias autem ago habeoque decentes pro voto, & gratulor reciproce ex animo de incolumitate Tua Tuæque familiæ, proſperrima quæque & impoſterum exoptans. Quæſtionem illam, num Venæſectio in ſuffocatis, vel quaſi per fumum vel vapores locum habeat? quod concernit, mecum quoad omnes Circumſtantias perpendi, brevibus mentem meum exponam; Sangvinis miſſio uti eſt generoſum præſidium & multis in morbis utile, ſic cumprimis in ſtagnatione ſangvinis & ſuffocatione illa per fumum vel vapores inducta omnino locum habet, & ſacra quaſi eſt anchora, inſtitui autem poteſt venæ inciſio in brachio, inciſo majuſculo foramine, pro majori nimirum revulſione & liberiori ſangvinis ac ſpirituum ventilatione. Hâc adminiſtrata ſi redeat ad ſe æger, ſpes reconvaleſcentiæ ſupereſt, ſin minus, ſignum eſt mortis inſtantis, dum ſcil. ſpiritus in cerebro inexcitabili torpore jam correpti & in corde ipſoque ſangvine ſuffocationem quaſi & extinctionem patiuntur. Quâ occaſione mentionem faciam, nondum ſcil. conſtare, an in ejusmodi ſuffocatione per fumum vel vapores inducta pulmones ſolum, anne potius Cerebrum & Cor, ſpiritusque in illis habitantes afficiantur, ſiquidem & apoplexiæ & ſyncopes cardiacæ ſignum adſunt. Verùm ſit quicquid ſit, ſuffocantur omnino ejusmodi homines ex ſubitanea illa ſangvinis alteratione ejusque intra vias ſpirituales ſtagnatione & coagulatione ſubſequente mox ſpirituum in corde extinctione horumque ſic denegatâ cum ſpiritibus in cerebro communicatione. Vid. *Borell. Cent. 2. obſervat. 4. Chriſt. à Vega l. 3. ſect. 5. c. 8. art. Med.* plura jam non licet. Vale optime & ex voto!

Nobiliſſimi Nominis Tui

Budiſſæ d. 29. Sept. 1707.

paratiſſimus
Cultor
D. Gottlieb Budæus.

Epiſtola III.

Vir Nobiliſſime, Excellentiſſime & Experientiſſime, Fautor & amice devenerande,

HÆ litteræ rudi conſcriptæ Minervâ in exoptatiſſima valetudine *Veſtræ Excellentiæ* ſi tradantur, quantum in me excitaret gaudium, id neque verbis ſatis ſuperque exprimere, neque ſingularibus laudum encomiis ad aſtra evehere potis ſum. Domum me iter faciente aliquot ante dierum ſpatium Budiſſâ, diſcurſum noſtrum in Domini Wilisc hii bibliopolio *de Veneſectione in ferè ſuffocatis vel quaſi mortuis à fumo & vapore tetro* oretenus inchoatum haud gravatim litteris quibusdam, ſi vel maximè mihi haud ignotum putâro ſtatum *Veſtræ Excellentiæ* miſerrimum modernum ob incendium domus pulcherrimæ, imô totius urbis maximum, anſa hac data commodiſſima, continuet & ſententiam plenariam mihi communicet, absque Veſtra Excellentia officioſiſſimè peto contendoque, ad officia reciproca quam gratisſima obligatum me ſenſurus & devinctum nullo non tempore. Interim dolorem meum teſtando & obſervantiam pariter impræſentiarum transmitto ad bibliothecam novam *Elsholtii* Anthropometriam, *Grataroli* Lignum Vitæ, *Bontekoe* Tractatum brevem de Vita humana, Sanitate, Morbo & Morte; Item Tres Novos tractatulos de Café, Theé & Chocolata; pari ratione Praxin *Illius* de morbis Infantum agentem, ſpe nitor certisſima, fore, ut in bonam interpretatura partem, & multô potius animum offerentis, non quod offertur, aſpectura ſit *Veſtra Excell.* alio de tempore melioris quid promitto, quia bibliothecam Medicam præſtantisſimam, abſente *Veſtra Excell.* in furore ignis rapidiſſimi inſigni penitus conſumtam, & vix infantes ſalvos & incolumes igni ereptos eſſe expertus fui, quod primum maximè dolendum, ultimum autem gratulandum mihi venit, quod Deus Omnipotentisſimus in hâc quoque parte præſertim immenſam ſuam Clementiam aſpicere & cognoſcere unicuique licuerit. Vale ex voto & fave

Veſtræ Excellentiæ

raptim
Sprembergæ muſeo
d. 14. Aug. 1707.

Officioſisſimo

Johanni Crügero.

Viro Nobiliſſimo, Excellentiſſimo & Experientiſſimo Domino, Domino *Jo. Chriſt. Haberkornio*, Medicinæ Doctori ubique celebratiſſimo & Practico famigeratiſſimo & feliciſſimo &c. Domino Fautori & Amico meo colendiſſimo

Camentii.

Epiſtola IV.

Prænobiliſſime, Ampliſſime & Excellentiſſime Fautor & Amice Venerande,

Sanitatem Tuam, *Vir Excellentiſſime*, mihi auditu pergratam ſcias & acceptam. Epiſtolam quandam die 24. Auguſt. datam unaque cum quibusdam Medicis Tractatibus Tibi a me transmiſſam certiorem Te *Vir Excell.* faciendi obſervantia mea id requirit debita, ſpe tenens certiſſima, futurum, ut illam priorem certè accepturus ſis, nihil autem magis opto, quam ut reſponſio petitis meis jamdudum factis ſtatim ſequeretur mihi nunquam non gratiſſima, ſiquidem feſtinare me ad finem opuſculi mei exigui inchoati vehementiſſimè urget bibliopola, id quod autem poſt reſponſionem Tuam, *Vir Excellentiſſime*, ad me mox miſſuram, duxero facturum. Quod reliquum eſt promiſſi memor *Bartholini* de Medicina Danorum, Diſſertat. X. de Bibliothecæ Incendio Tractatum; Ejusdem de Sanguine vetito. Similiter de Morbis Biblicis Tractatum. *Oligeri Jacobæi* de Ranis & Lacertis Obſervationes *Th. Sydenhan* Tract. de Podagrâ & Hydrope mitto ſimulq; de meliori me

TIBI,

TIBI, *Vir Excellentiſſime* volo commendatum. Vale, ex voto & fave.

Tui, Vir Excellentiſſime,

feſtinante calamo
Spremb. d. 7. Septembr. *Officioſiſſimo*
1707.

Joan. Crügero.

Reſponſio

ad tertiam & quartam Epiſtolam.

Prænobiliſſime & Experientiſſime Domine Doctor, Fautor & Amice honoratiſſime,

Litteras utrasque gratiſſimas accepi, & quidem faciliori animo manuque, quam ut ſtatim reddere potuerim, tum propter calamitatem noſtram, qua quoad corpus & mentem extra nos poſiti diſtrahimur, tum ob abſentiam meam inopinatò diuturniorem. Interim ad Problema datum de Venæſectione in quaſi ſuffocatis â fumo per incendium, breviter tantum reſpondere licebit, quantum nuperrima noſtra triſtiſſima experientia ſuppeditavit: nempe; Quibusdam ex cella protractis ferè morituris Venæſectionem ad vitam mox revocandam multum conduxiſſe, quosdam tamen etiam ſine venæſectione ſponte per mutationem aëris reſuſcitatos fuiſſe; e contra etiam non nulli plane emortui & ſuffocati inveniebantur in locis fumeis, quibus forſan Venæſectio maturè adhibita, ſi per tempus licuiſſet, optime ſubventura fuiſſet: ut ita per propriam Experientiam nondum quidem colligere potuerim univerſalitatem & abſolutam neceſſitatem hujus remedii in hiſce ſubjectis, noxam tamen exinde vix ullam crederem, quia potius in hoc ſymptoma-

te

te urgente, ſalvâ methodo medendi ordinariâ citatius auxilium ex Venæſectione legitimè inſtituta ſperarem, ſi quoquè effectus & ſucceſſus non ſemper reſpondeat, cauſa ejus magis in receptivitate, quam activitate hujus remedii mihi latere videtur, quatenus craſis & ſtaſis ſangvinis magis vel minus ſe corrigi patiatur; Spiritus enim animales & vitales hoc loco non tam planè ſuppreſſi, quam oppreſſi & coerciti ſunt, qui ſanguinem tantillum emiſſum non aliter ac vinculum relaxatum ſentiunt, ut motus & circulatio liberius reſtitui poſſit. Sed plura de hac materia ratiocinari jam non vacat. Cedo lubenter judicio ſublimiori & experientiæ annoſiori, interim tamen in caſu deſperato remedium extemporaneum Nulli præfero. Præterea gratias ago maximas pro tranſmiſſis tractatulis medicis tam gratis quam utilibus, & uti jacturam meam chartaceam in omnibus & ſingulis Manuſcriptis, ſumptuoſis coemtis libris laborioſeq; collectis herbariis, nec non plurimis aliis ex regno minerali mutuatur, eò majorē, quò irreparabiliorem, habeo, ita & dona hæc litteraria tanti faciam, ut ſiſtant ſempiternum Amicorum monumentum. Habebis igitur ad vota pro omnigena proſperitate & ad officia promptiſſima me Tibi

Prænobiliſſimo atque honoratiſſimo Dno Doctori

Camentii
ê muſeo ſuburbano
d. 2. Oct. 1707.

devinctiſſimum

Joh. Chriſtianum Haberkornium,
Med. Doct.

Epiſtola V.

Vir Prænobiliſſime, Excellentiſſime & Experientiſſime, Fautor & amice omni venerationis cultu κα[τὰ] πα[ντὸ]ς *proſequende.*

SEptem annorum, & quod excurrit, *Vir Excellentiſſime,* jamjam præterlapſum videtur ſpatium, quo neque ullum litterarum commercium, neque diſcurſus, &, ut rectius loquar, diſſertatiunculas aliquales privatas inter bonos amicos & Commenſales, quemadmodum id antea die nocteque factum fuiſſe in Academia Jenenſi per tractus Æuropæos celeberrima, in quâ ſtudiorum Phil. & Medicorum incumbendorum gratia ſimul per duorum annorum curſum in bonâ charitate, fidelitate minimè fucatâ & amicitiâ conſtantiſſima, id eſt, ſymphatia & harmonia maximè conveniente ſemper viximus, optimè callebis, ad ingenium noſtrum ulterius exercendum, ſi tempus vacat, acuendum & excolendũ inſtituendi promta nobis usq; in hunc diem defuit occaſio partim, partim longinquitas & locus vehementer impediit obſcurus noſter; aſt ſi Deus Opt. Max. mihi vitam & ſanitatem ulterius largiturus eſt, viam & locum eô propiorem, quò longinquiorem putâro Tibi & mihi fuiſſe prius & remotiorem, nobis ita promittimus, ut intra 24. horarum forſan intervallum, Bono cum Deo, nos invicem colloquium amicabile & utile habituros Tibi, *Amice fideliſſime & integerrime,* perſvaſum habeas velim. De ſtatu meo narrandi quicquam Tibi, *Vir Excellentiſſime,* lectu nimis longum & moleſtum futurum haud de nihilo exiſtimo; ſaltim brevisſimis verbis apponere mihi licebit, patriam meam urbem adeoque me & meos ſimul Jehova juſtisſimus Morbonna, Letho, Bellonna ante breve temporis intervallum puniiſſe pariterque Igne, poſt nubila vero Phœbus ſplendere & Apollo ridere rurſus incipit, ne dicam de hominibus malis ipſis, invidia, odio publico & perſecutione inter ſeſe mutuo clandeſtina & fucata ſic gaudentibus, ut verisſimum illud maneat: Homo Homini Diabolus, Lupus; adeoque non mirandum venit, hæcce ſuprà dicta ê judicio Dei omnipotentisſimi juſto eveniſſe infortunia. Cordicitus exopto & apprecor Tibi, *Vir Excellentiſſime,* multo potius Tuisque cariſſimis Hygeam conſtantem,

ſtantem, quietem amœnam, ingens Decus *Æſculapidarum* & *Theſpiadum* delitium, mea enim Camœna Pieridum mentem ſatis movere non valet, verbo, in dextra Jovæ ſortem & vitam eſſe Veſtram & Vos nullius infortunii, quamdiu viveretis, in votis meis perpetuò habeo, expertos. Dubium mihi eſſe de Spiritu ⊖l. philoſophici virtute refrigerante, num ille Spiritus *per ſe* aut *per accidens, actu* vel *potentia* refrigeret, Tibi, Vir Excellentisſime, refero, quia multi, imò plurimi Medicorum *per accidens* & *potentia* Spiritum iſtum Vitriol. refrigerare ſtatuunt, quod a. perſvadere nequeo, quia ille acidus eſt, ſapore auſtero & acido gaudet; jam conſtat ex omnium Medicorum conſenſu & ſententia, quæ experientiâ rationi connexa & confirmata eſt, Vitriolum & reliqua ſalia mineralia omnia compoſita perfectèque & imperfectè mixta eſſe & magis pasſiva principia chimica, ex particulis puta Terreſtribus ▽eis & igneis, partes autem iſtas duas priores in ſprædominio in confeſſo eſt, exiſtere, depresſis igneis, i. e. volatilibus, 🜍eis & balſamicis, 🜍 enim colores facit & tingit, colorem autem ſimplicem & quidem album eſſe, quotidiè animadvertimus, id quod patet ex aciditate grata Spiritus Vitrioi. omnia enim acida & auſtera, ad calorem noſtrum relata, frigida *κατ᾽ ἐξοχὴν primario, per ſe* & *actu*, & *non ſecundario, per accidens* & *potentia* ſunt, quia obtundunt Sulphur, ſangvinis autem calor conſiſtit in Sulphure. verb. gratia. Labia ex uſu acidorum albeſcunt & ſtupent, quia vaſa capillaria ab acido Aceti conſtringuntur, ut ſangvinem rubicundum amplius admittere nequeant, ſed ſanguis multo potius recedere cogatur, idque circô ſentitur quoque in Ventriculo appetitus ad cibandum major ab aſſumto Spiritû Vitrioli, ſiquidem illi ineſt acrimonia & aciditas major, quæ nervos Ventriculi, orificio ſiniſtro implantatos & imprægnatos nimis vellicat, pungit, excitat, & Ventriculo valde grata eſt; interim tamen non nego calorem in Spiritu Vitrioli. Nam ut in vinis generoſis & calidis, Hungarico puta, Hiſpanico, Cretico, Rhenano *acidum* potentia & in receſſu invenitur & obſervatur; ita etiam *calidum* ex adverſò *potentia* & in receſſu, uti infra paullò accuratiùs dicturus ſum, in Spiritû Vitrioli ſeſe exerit. Unde quoque fit, quod in febribus malignis & acutis aliisque ardentibus calorem præternaturalem & ſitim ab æſtu

pulmonum & totius febrili provenientem maximè refrigerat, mitigat & extingvit *actu* coagulando ſangvinem nimis fervidum & rarefactum, quippe partes ibidem magis ſalinæ, fixæ & acidæ in Vitriol. inveniuntur, quam volatil., quæ ex terreſtreitate illius eliciuntur, ut taceam Spiritus ♀, ⦶, ⊖is aliosque acidos ſimplices. Et ſi vel maxime concedere vellem, Spiritum Vitrioli pannum, vel linteum, vel alia quoque corrodere, carnes adurere & colorem quaſi purpureum efficere, quemadmodum αὐτοψία me multoties id docuit, & idcirco actu calidum eſſe; nihilo tamen minus exemplo ſequenti & experientiâ contrarium probare non nequeo, ſi ſuccus citri, qui ab omnibus frigidus ſtatuitur, ſumitur, & margaritæ & corallia induntur, ab iſto hæc ſenſim ſenſimq; corroduntur, ideò, quia Spiritus Vitriol. & ſuccus citri, ut omittam alios acidos, ſpiculis ſalinis quadrangularibus, ſexangularibus, ſeptangularibus, octangularibus & ſic porro gaudent, quæ vim incidendi, attenuandi, aperiendi, refrigerandi & corrodendi & calorem quaſi purpureum, mediante tamen calore centrali latente & quaſi ſepulto inducunt. Nonnunquam accidere ſolet, quod Vitriolum frequentius adhibitum quoque ſpiritu aliquo violento alcalino in corpore febrili nimirum, latente, incenditur, & una vice cum 🜍e, & ⊖is & balſami, h. e. calidi innati & humidi radicalis, omnia in homine â putrefactione conſervantis, eſſentiam conſumit, tragœdiamque ſuam unico momento non ſine magna Medicorum admiratione ægrorumque incommodo, abſolvit, potius veneni, quam medicamenti Spiritus Vitrioli præcipue induit naturam, & mortem aliquando repentinam cauſatur; quod per mechanicam luculenter demonſtrari & ante oculos poni poteſt, ſi puta bilem cujusdam animalis aſſumere, Spiritumque Vitrioli iſti commiſcere vis, iſta mixtio bullulas innumeras & inde turbas & efferveſcentias ciet majores, & citiorem vaporum adſcenſum procurat, quia acidum & alcali inter ſe invicem ſumma cum vehementia certant, & certando ſeipſum conſumunt, & ſic per conſequens Spiritus Vitriol. non *actu, per ſe & primario*, ſed *potentia, per accidens* & *ſecundario* calidus eſt. Verumenimvero haud ignotum mihi duxero judicium acutiſſimum & feliciſſimum Tuum, Vir Excellentiſſime, quod in iſta materia, ut in aliis quoque, in publicam prodeas lucem & ſententiam Tuam ad

me,

me, ſepoſitis aliis negotiis quàm gravisſimis, haud gravatim citius exares, maximopere rogo, ad munia gratisſima & beneplacita Tibi exhibenda, omnem ſemper moturus lapidem; Vale & amare continua

Vir Excellentiſſime,

Spremb. d. 9. Auguſt. 1707.

Tuum ad officia paratiſſimum

Joannem Crügerum.

A Monſieur, Monſieur Frederice Winckler, *le Docteur en Medicine & Practicien tres renomme. Mon tres honore Fauteur & Ami affectionne, evitement. pour le preſ. â Brieg!*

Elenchus Medicorum aliorumque, quorum in his Tribus Caſibus Medicis mentio facta eſt.

A.
Agricola
Aretæus
Ariſtoteles
Auguſtinus.
B.
Bertinus
Borellus
Brunnerus,
C.
Camerarius
Charleton
Cicero
Cous.
E.
Elichmanus
F.
Fallopius
Ferdinandus
Foeſius
Foreſtus
Fracaſtorius
G.
Galenus
H.
Haly
Helmontius
Highmorus
Hildanus
Hippocrates
Hoffmannus
Horſtius
K.
Kergerus
L.
Lommius
Lucanus
M.
Maſſarias
Mercatus
N.
Neucranzius
O.
Ovidius
P.
Paracelſus
Panarollus
Plato
Platerus
Plinius
Poterius
Portus
Q.
Quercetanus

Rol.

R.
Rolfincius

S.
Salmuth
Seneca
Sennertus
Swalwe
Schneiderus
Schenckius
Solenander.

T.
Tachenius
Tilingius
Thonerus
Tulpius
Tertullianus.

V.
Virgilius

W.
Wedelius
Wierus
Williſius
Winckler.

Z.
Zacutus
Zwingerus.

Errata Typographica, paſſim in hiſce Caſibus Medicis Tribus occurrentia, ut ipſe Lector Benevolꝰ illa haut gravatim corrigere velit, ab Autore abſente peramice & officiosè rogatur.